

P R I M A S Y N O D U S
D I C E C E S A N A

Ab Illustrissimo, & Reverendissimo

D O M I N O

D. D A M I A N O
P O L O U.

*Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Archiepiscopo
Rheginensi, Comite Civitatis Bovæ, Terræ
Castellacii Utili Domino, Regioque
Cæsareæ, & Casbolicæ Majestatis
Confiliario.*

IN SANCTA METROPOLITANA ECCLESIA RHEGINA

C E L E B R A T A

Feria Sexta, Sabbato, Dominica XII. XIII. & XIV.
Mensis Augusti

ANNO DQMINI MDCCXXIX.

BENEDICTO XIII.
P O N T I F I C E M A X I M O.



N E A P O L I , M D C C X X X .

*Typis Nicolai Migliaccio.
Superiorum permisso.*



THE
LITERARY

COLLECTOR.

NO. II.

A MONTHLY MAGAZINE OF LITERATURE, HISTORY, AND ANTIQUITIES.

PRICE, 25 CENTS.

DEKEDICATO XIX

POETRY AND MUSEUM.



NEW YORK, NOVEMBER, 1841.

MIDDLETON & CO., PUBLISHERS.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

Nicolò Migliaccio pubblico Stampatore di Libri
desidera dare alle Stampe il Sinodo di Mon-
signor Arcivescovo di Reggio : Per tanto supplica
V. Em. commetterne la revisione a chi meglio li
parerà , e l' avrà a grazia , ut Deus .

Dom. Canonicus Jorio revideat , & referat .

Neap. 22. Augusti 1730.

D. ANTONIUS CAN. CASTELLI VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIME DOMINE

Uffu Em. V. legi Librum , cui titulus : Prima Diocesana Syndicis celebrata ab Illustriſſ. & Reverendiss. Domino D. Damiano Poſtul Archiopſcopo Rheginenſi , in qua non modo nihil deprehendi , quod Religioni , Pietati , aut Christianis moribus adverteretur ; imo verò potius salutares ſuſpexi Constitutiones , atque utilia & saluberrima Edicta , quibus idem ſapientiflum Praeful Eccleſia ſibi commiffæ decori , animarum ſaluti , atque ecclieſiaſtice disciplinæ aitor , tanta ſolertia , tamque insigni animi ſolicitudine conſultuit ac proſpexit ; ut euilibet synodalla hæc statuta evolventi facile conſtet Autorem ipsum Virum quidem eſſe natura atque educatione unice factum , ut ad Dei gloria , animarumque ſalutem , Eccleſiarum gubernaculo admoveretur . Cum Reginam igitur Eccleſia maximopere gratulor , quod hujuscē eximii , ſpectatilimique Antititatis ducu , singulari ſedulitate , ſalutaribusque preceptis reſte valeat virtutum omnium splendore niteſcere . Quamobrem Librum hunc , qui in publicam lucem edatur , dignissimum censeo , ſi ita Em. V. videbitur . Neapoli III. Idus Novembriſ An. hum. Sal. MDCCXXX.

Em. V.

Humillimus atque omni obsequio additiflum Servus
Canonicus Franciscus de Jorio .

Attenta ſupradicta relatione Imprindatur . Neap. 18. Novembriſ 1730.

D. ANTONIUS CAN. CASTELLI VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EC-

EXCELLENTISSIMO SIGNORE.

Nicolo Migliaccio publico Stampatore di Libri desidera dare alle Stampe il Sinodo di Monsignor Arcivescovo di Reggio : Per tanto supplica V, Ecc. commetterne la revisione a chi meglio li parerà , e l'avrà a grazia , ut Deus.

Rev. P. Mag. Fr. Archangelus Ciccarelli videat , & in scriptis referat .

Mazzacara R. Ulloa R. Giovone R. Pisacane R.
Ventura R. Castelli R. Peyri R.

Provisum per S. E. Neap. 4. Julii 1730.

Ill. Reg. Miro absens. Mastellonus.

EXCELLENTISSIME DOMINE

Dicebas-Rheginensem Synodum abs , & sub Illustriss. , & Reverendis, Domino D. Damiano Polou Archiep. mense Augusto Anni jam elapsi sedulò indicatam , pacifice coactam , feliciterque absolutam : & impræsentiarum , ne tanti Antistitis pietate , sapientiaque spectatissimi sanctiones , talisve Ecclesiae virtute , sanctimoniacque clarissimæ institutiones (exesò fortasse Autographò MSto) oblivione intereant , Typis propterea cuendam : Suprema Auctoritas Tua , PRINCEPS EXCELLENTISSIME , tenuitati meæ legendam , disquirendam , censemque demandavit . En ego jam , quod jusseras , accuratè implevi , fideliterque reor , nullum in eam irrepsile momentum , quominus , Te jubente , imprimatur . Vir quippe Clariss. POLO U Doctor , & Pastor est , Ovesque suas moderatur doctrina CHRISTI apud Matthæum C. XXII. V. XXI. præcipientis : Redde ergo quæ sunt Cœsar , Cœsari ; & quæ sunt Dei , Deo . Ita Censeo . Datum Neapoli è Collegio Angelico S. Thomæ Aquinat. O. P. III. Idus Novembris Anno Epochæ Dionysianæ XXX. supra CLICCC.

Excellentia Tua.

Humillimus , & ad omne obsequium Cliens paratus
P. Archangelus-Maria Mag. Ciccarelli

Visa relatione Imprimatur , & in publicatione servetur Regia Pragmatica.

Mazzacara R. Ulloa R. Giovone R. Pisacane R.
Ventura R. Castelli R. Peyri R.

Mastellonus.

INDICATIO
PRIMÆ DIOCESANÆ SYNODI
D. DAMIANUS
POLOU
U.J.D., ET PUBLICUS PROFESSOR,

Dei, & Apostolica Sedis Gratia Archicopius
Rocinensis, Comes Civitatis Bovæ,
Bara Terræ Castellacii, Regius
Confiliarius, &c.

UNIONAM muneris institutique nostri ratio ed
spectat, ut Ecclesiam nostris, tanto licet oneri
imparibus humeris commissam, majore qua pos-
sumus sollicitudine, ad legis evangelicæ, sa-
crorumque Canonum normam exacte sancteque
regendam & gubernandam, earumque omnium
virtutum, quæ Ecclesiasticos decent, nitore
quotidie magis augendam, atque illustrandam
curemus; idcirco Archipræfatus nostri tertio
Incidente anno, expleta jam personaliter sancta visitatione, &
universa diocesi perlustrata, audientes superne clamantis vocem:
Canite tuba, vocate cœtum, sanctificate Ecclesiam, coadunate se. *Joel 2. 13.*
nes, diœcesanam synodum, venerabiles Fratres, celebraturi acci-
gimur. Feria igitur sexta duodecima die mensis Augusti curren-
tis anni 1729. paucis ante diebus, quibus ad obedientiam pre-
standam singulis annis acceditis, buccinabimus in neomenia tuba
in insigni die solemnitatis nostra. In Sanctæ Clæræ, in qua
festivitate, nos in unum Ecclesiaz zelus congregabit. Et fors-
itan non sine Mysterio, ut quam pulchra sit casta generatio,
cum claritate vobis, coruscantibus penititis innotebeat. Nescien- *cap. 14. 17.*
tes profectò, an Sancti Lucæ verbis utamur, qui hominis fa-
cientis coenam, & vocantis multos convivium referens; misit,
ait, servum suum hora cœna dicere invitatis, ut venirent, quia
jam parata sunt omnia. An verò Matthæi, qui habet: misit
A servos;

R. 7.

Rom. 10. 15.

Servos suos vocare invitatos ad nuptias. Servum, an servos dicemus? vel utrumque affirmare sine discretione poterimus. Quoniam, licet supremi Patrisfamilias servi plures in personis, unus duntaxat in corde, unus in anima; quia cor unum, & anima una omnibus dat in eodem spiritu recta sapere, in eadem societate gaudere. Nemo autem, nisi qui legitimè causè sit impeditus, se incipiat excusare, sed omnes libenter properent, ac convenient; ut cum Isaia canere possimus: Quàm pulchri pedes evangelizantis pacem! aut cum Doctore Gentium: Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem! evangelizantium (iterum notate) sèù quod in idem recidit, evangelizantis, quia in pluribus eadem fides, idemque zelus, unum opus omnium spiritus erit, atque una perfectionis expletio.

Monemus ergo in Domino, ac pœna Sacrorum Canonum, seu aliis ad arbitrium nostrum propositis, jubemus in virtute Sanctæ obedientiæ omnes & singulos Abbates, animarum curam habentes, ac cujuscumque ordinis alias Ecclesiastica beneficia, etiam simplicita obtinentes, omnesque Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, neçnon & Clericos tam seculares, quam regulares, qui alias nostræ jurisdicitioni delegatae vigore Concilii, & Apostolicorum Decretorum subiiciuntur: Capitulum autem nostrum peramanter invitamus, & alios quoscumque, qui de jure, vel consuetudine hujus Dioecesis Synodo interessè tenentur, ut prædicta die in nostram Metropolitanam Ecclesiam clericali habitu taliari induiti, ac aliis insignibus eorum muneribus & ordinibus respectivè congruentibus instruti convenient.

Interim, non solum prædictos exhortamur, sed etiam vos omnes dilectissimos filios quoscumque Dioecesanos enixe in Domino obsecramus, quatenus jejuniis, orationibus, fusisque ad Deum precibus, divinam cœlitus clementiam impetratis, ut & vos ipsos Deo acceptabiles hostias exhibeatis, & communis studio, atque consilio a nobis ea statuantur, quæ ad animarum salutem, clericique disciplinam, & divini cultus incrementum, totiusque Dioecesis reformationem, & regimen pro temporum ratione pertinere videbuntur. Ut enim Sanctus Augustinus ajebat: Quod christiani sumus, propter nos est, quod prepositi sumus, propter vos est. Vigilate omnes, state in fide, viriliter agite, & confotamini. Omnia vestra in charitate fiant. Volumus autem, ut haec Synodi Indictio affixa valvis Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ, nec non Archipresbyteralium, & Parochialium Dioecesis Nostræ, omnes afficiat, ac si fuisset singulis intimata. Datum Rheydi ex nostro Archiepiscopali Palatio die decima nona mensis Julii 1729.

PRAE

PRÆMONITIONES

A D

G L E R U M.

- I. **A**ccedant omnes cum vestibus talaribus, decenti tonsura, biretis, & superpelliceis mundis, necnon Dignitates, Canonici, & Archipresbyteri cum eorum insignibus, respective.
- II. Qui in visitatione non exhibuerunt Bullas suorum Beneficiorum, afferant ad Synodum.
- III. Qui sine titulo inserviunt Ecclesiis, sive curati sint, sive cappellani, & ii praesertim qui confessiones audiunt, literas afferant suæ deputationis, & facultatis.
- IV. Parochi deferant statum animarum, & notulam eorum, qui in peccato publico vivunt, & perseverant, prout sunt concubinarii, usurarii, blasphemii, malefici, & qui in Paschate Sacra Communione non refecti sunt.
- V. Omnes Beneficiati, & Ecclesiastum Rectores, quatenus adhuc non exhibuerint, deferant copiam authenticam inventariorum omnium bonorum Ecclesie, sive Beneficii, ac sacrarum supellestis.
- VI. Die Dominica, qua proxime Synodum præcedit, Parochi, qui coadiutores non habent, visitent infirmos, etiam non requisihi, & eos commendent vicinis Sacerdotibus, seu Regularibus, ne durante Synodo, eorum mora fiat periculi occasio; ubi vero non sunt alii Sacerdotes, consulant nos quamprimum, ut provideamus.
- VII. Ad tabernas, seu cauponas non divertant, nobis inconsultis, aut hospitiorum praefecto, neque ad latrorum aedes, nisi propinquorum, sed in hospitio à nobis deputatis cibum sumant, & pernoctent.
- VIII. Parochi moreant populos suos, ut piis precibus ubere rem frumentum a Deo impetrant, & die Dominica Synodum proxime antecedenti ad hunc effectum rite confessi communicent, idemque præstabunt Clerici, qui ad Synodum venient in missa synodali.
- IX. Eadem autem die Dominica Synodum præcedente singuli Parochi in suis Ecclesiis Sanctissimum Sacramentum per aliquas horas ad ostiolum tabernaculi decenter in pyxide retentum exposuant, ut ita publicis precibus ad hanc actionem obeundam adjuvemur.
- X. In feruis quintatis dupli non impeditis, ante Synodum, a die, qua has præmonitiones receperint, missas de Spiritu Sancto celebrent, vel collectam dicant; & in Festis diebus Litanias Sanctorum

rum ante missam parochiales cum populo recipiunt .
XI. Vicarii Foranci accedant ad nos die cum no-
tulis eorum , qui in suo Vicariatu interesse Synodo debent .
Si qui autem de præcedentia quidquam prætendant , quod non
satis liquidum sit , jura sua patesciant illico post hanc Synodi
indictionem .
Indictionis hujus transumpta in vallis Ecclesie Metropolitanæ Rhe-
ginæ , aliarumque Archipresbyteralium , & Parochialium per
Clericum Stephanum Giacinta Archiepiscopalis Curiæ Cursorem
ordinarium , die decima nona mensis Iulii affixa fere :

A P E R I T I O

S Y N O D I.

Post horam undecimam Illustrissimus , & Reverendissimus Ar-
chiepiscopus in aula sui Palatii decenter ornata pontificaliter
fuit à Canonicis induitus ; dein Clericos omnes Synodales procel-
lionaliter sub Cathedralis Ecclesie cruce incedentes , ipse Illustris-
simus Dominus cum Canonicis , cruce Archiepiscopali præceden-
te , & à Senatoribus hujus Urbis sub pallio comitatus , per di-
strictum Ecclesie prosecutus fuit .

Post redditum Illustrissimum Dominum apud januam Ecclesie Metropo-
litane , cruce cum Imagine Crucifixi de manibus Decani recep-
ta , iu piano genua submissis , illam profundissime adorans ,
& ab eodem Decano incensatus fuit , deinde ad Sacramentum aliquantulum preces fudit , & poste ad thronum in medio Ec-
clesie preparatum recta perrexit , ac ut omnibus Synodi occasio,
utilitas , ac necessitas impotesceret , Sacris Bibliis , & Crucifixo
in medio Ecclesie positis , sermonem ad Synodum habuit infra
apponendum .

Idem Illustrissimus Dominus poste in viam se ad Altare commi-
sit , & missam celebravit , qua solemniter celebrata , antiphonam
intonuit , exaudi nos , postmodum psalmus , salutem me-
fac Deus , alternatim à Clero cantatus fuit .

Deinde mitra deposita , Altare versus recitatavit orationem : Adsu-
mus Domine , post orationes descendens ad faldistorium genuflexus
remanit , dum Litaniae cantabantur , & ad illa verba : Ut
hanc præsentem Synodum visitare , dissonere , ac benedicere di-
gneris , Illustrissimus Archiepiscopus surgens , Synodo benedixit ,
inde in suo throno stans versus Altare , dixit orationem , da-
quessumus .

His peractis , Canonicus Diaconus cum Canonico Subdiacono , para-
tus ,

tus , ad Illustrissimum accedens , benedicto prius incenso , & benedictione accepta , cantavit Evangelium , *convocatis Iesu* , post quæ Illustrissimus Dominus , Mitra deposita , & genibus submissis intonuit hymnum : *Veni creator Spiritus* , quo expleto , Secretarius Synodi de manibus ipsius Illustrissimi Domini , decretis Synodalibus acceptis , à Magistro ceremoniarum comitatus , Cathedram in medio Ecclesiae paratam ascendit , & decreta sequentia , alta , & intelligibili voce denunciavit .

DECRETUM PRIMUM DE EXAMINATORIBUS SYNODALIBUS .

Juxta sacrosantas Concilii Tridentini sanctiones , infra scriptos Examinatores Synodales , viros doctrina excutos , ac pietati addictos , designamus , pro iis examinandis , qui Parochialibus Ecclesiis sunt proficiendi , necnon qui nostro arbitrio ad poenitentium confessiones auscultandas , vel ordines suscipiendos , aut beneficia ecclesiastica , sunt apprebandi , videlicet .

Admodum R. Dominus Abbas D. Antonius Zavaroni V. J. D. Protonot. Apostolicus , noster Vicarius Generalis .

Admodum R. Abb. D. Antonius ~~Caracciolo~~ Decanus .

Admodum R. Abb. D. Fabritius Plutino Canonicus V. J. D. , & S. T. Licent.

Admodum R. Abb. D. Michael Spanò Canonicus Theologalis .

Admodum R. Abb. D. Petrus Crisara Canonicus Poenitentiarius Sac. Theol. Licent.

Admodum R. Abb. D. Franciscus Gatti Canonicus S. T., & V. J. D. ac Prot. Apost.

Admodum R. Abb. D. Antonius Caracciolo Canonicus V. J. D.

R. D. Gaspar Guarna Parochus S. Sebastiani .

R. D. Petrus Pali S. T. Lic. Parochus S. Georgii de Gulphellis .

R. D. Didactus Perrotta S. T. D. Parochus S. Nicolai de Puteo .

R. D. Franciscus Lombardi V. J. D. & S. T. Lic. Parochus S. Nicolai de Blancis .

R. D. Antonius Carnevale V. J. D. Parochus S. Mariæ de Itria .

R. D. Honufrius Scappatura S. T. D.

R. D. Thomas Trapani Archipresbyter , & Prothopapa Oppidi Mot. tæ S. Joannis .

R. D. Dominicus Megalizzi Civitatis S. Agathæ .

R. P. Fr. Dominicus Serio Regens Collègii S. Dominici Ord. Præd.

R. P. Fr. Hyacinthus Maria Maisano Baccalaureus Ordinis Prædic.

R. P. Fr. Franciscus Faleci S. T. Magister , & Regens Ordinis Milnorum

norum Conventualium S. Francisci .
R. P. Fr. Joseph Brunetti ex Provincialis Ord. Minimorum .

R. P. Fr. Ludovicus Borruto ex Provincialis Ord. Capuc.

R. P. Antonius Giuvo Rector Collegii Societatis Jesu .

R. P. Franciscus Santorelli Societatis Jesu .

Quibus omnibus alta voce denunciatis idem Secretarius Synodus
rogavit , num eos probaret per verba placent *re i vobis* , respon-
dit , placent .

DECRETUM I.

DE JUDICIBUS SYNODALIBUS .

Ad præscriptum pariter Tridentinæ Sanctionis , ac Bonifacii
VIII. decretum , infra scriptos viros , præclara eruditione ,
pietate , dignitate , vel Canonicatu nostræ Metropolitanæ Eccle-
sias ornatos , quib[us] ecclesiasticæ causæ delegari possint , qui-
que possint à regularibus juxta Gregorii XV. constitutionem in con-
servatores judices eligi , proponimus , nominamus , & eligimus .

Admodum R. Abb. D. Ostatius Labocetta Cantor .

~~Admodum R. Abb. D. Eusebius Furtari Archidiaconus .~~

Admodum R. Abb. D. Franciscus Romeo Canonicus U. J. D.

Admodum R. Abb. D. Xaverius Labocetta Canonicus .

Admodum R. Abb. D. Dominicus Genoese U. J. D. Canonicus .

Admodum R. Abb. D. Gaspar Rodino Canonicus .

Admodum R. Abb. D. Laurentius Caraceiolo Canonicus .

DECRETUM III.

DE TESTIBUS SYNODALIBUS .

Ut ex accuratissima virtutis disciplina mores dirigantur , ac in-
tegri , & religiosi conserventur , viros aliquos moribus , ac
prudentia probatos eligimus , & deputamus , qui attentiū exami-
nent , an Synodales nostræ constitutiones inviolatæ demanden-
tur executioni , an aliquid sit in Diœcesi corrigendum , atque
si quid tale dignoverint , nobis , vel nostro Vicario Generali fi-
deliter

deliter denunciant & ut opportuno semedio occurritur, Horum ergò nomina in schedula adnotata retineantur, & in Archivio conserventur.

RHEGI.

R. D. Benedictus Cappello.

R. D. Joannes Dominicus Laghini,

R. D. Franciscus Marra.

MOTTÆ.

R. D. Dominicus Giufrida.

CIVITATIS S. AGATHÆ.

R. D. Felix Borruto.

TERRÆ CALANNAÆ.

Subdiaconus Franciscus Oliverio.

TERRÆ FLUMINIS MORUM.

R. D. Antonius Adorno.

TERRÆ S. LAURENTII.

B. D. Joseph Paunnuti.

TERRÆ PENTYDACTILI.

R. D. Antonius Vernagallo.

CIVITATIS SCILÆ.

R. D. Rocchus Brinda.

TERRÆ MONTISBELLÆ.

R. D. Etanellus Maggiore.

TERRÆ TAMBATELLÆ.

R. D. Joseph Empoli.

TERRÆ MOLOCHII.

R. D. Joseph Buccafuri.

RURIS ORTI.

R. D. Dominicus Santamura.

RURIS ARASPI.

R. D. Joseph Antonius Scappatura.

RURIS TERRETI.

R. D. Antoninus Romeo.

S. JOANNIS DE BRUZZANO.

R. D. Philippus Borrello.

RURIS S. ROBERTI.

R. D. Philippus Labadella.

RURIS DIMINNITI.

Subdiaconus Joseph Guarna.

RURIS S. BLASII.

R. D. Dominicus Pensabene.

S. DOMINICÆ DE GALLICO.

R. D. Dominicus Costanzo.

RURIS S. ALEXII.

R. D. Joseph Chirico.

RU

RURIS STEPHANI.
R. D. Angelus Caridi .
RURIS PODARGONI.
R. D. Antonius Soraci .
RURIS CARDETI.
R. D. Sebastianus Moro .
RURIS VALANIDI.
R. D. Antonius Alampi .
RURIS ROSALI.
R. D. Joseph Borrello .
RURIS LAGANDI.
R. D. Joannes Baptista de Augustino .

DECRETUM IV. DE OFFICIALIBUS SYNODI.

MUnia quædam , quæ in præsenti Synodo sunt obeunda , ut prudenter , ac ordinatè per idoneos , ac discretos ministros peragantur , deputamus Promotorem ejusdem Admodum Reverendum Canonicum Abbatem D. Antoninum Caracciolo U. J. D. Secretarium Rev. D. Franciscum Antonium Fava S. T. D. & Notarium prædictæ Synodi Rev. D. Joseph Costù .

REVISORES LIBRORUM.

Admodum Rev. Canonicus Abbas D. Franciscus Gattus Sac. Th. ac V. J. D. ac Prothonotarius Apostolicus .

Rev. P. Hyacinthus Maisano S. T. Baccalaureus ordinarius Ordinis Prædicatorum .

DE.

DECRETUM V.

DE PRÆJUDICIO NON INFERENDO.

NE contentiones , & dissidia , quæ in Synodalibus comitiis celebrandis , tumultuosas parere solent perturbationes , foveantur ; neve pax , & concordia , a quibus profectus emanare solet uberrimus , ullo modo perturbentur , decernimus , si cui contigerit sibi loco non sedere , aut incedere , aut vocari , aut aliud quidquam agere , hemini novum ius acquiri , aut aliquod præjudicium infetri , sed in eo debere omnes statu , in quo antea reperiebantur , permanere .

ANTILOQUIUM

Ad Pastores in Synodo congregatos habitam.

Huiusmissimo , et Reverendissimo Domino

D. DAMIANO POLOU

Archiepiscopo Reginensi.

*Tu vero vigila , in omnibus labora , opus fac
Evangelista 2. ad Timoth. 4. v. 5.*

Confluentibus vobis in unum , Venerabiles Fratres , dilectissimique filii , dubia mente ferimus , ancpitique animo nutamus , quoniam studio , quanam diligentia , & solicitudine fieri possit , ut tot præclara Synodalia statuta a Gloriosis Prædecessoribus nostris ad animarum vestiarum salutem laudabiliter edita , debitæ mandentur executioni , cum dolentes ea in oblivionis tenebris sepulta jaceret conspicatus ; rursumque mens dubia pendet , ne labores nostros in coacta modo Synodo exantatos eadem saeva fors premiat , eademque infelicitas obumbret . Quid igitur tot decreta collegisse juvabit ? Quid vanæ sine moribus leges proficiunt ? Et quidem

quidem operæ pretium poneremus, si illud dumtaxat nunc temporeis obtineri posset; ut Antecessorum Synodi exequentur. Utinam fieret Synodus, quæ effectum haberet, in eum tantum scopum collimans, ut præcedentes diœcesanæ Synodi observarentur. Sed, heu, vereri possumus, ne pariter hæc citò facta esset Synodus, citò fracta esset.

Profectò nobis in tot perplexis ambagibus constitutis, efficax, optatum ad finem, occurrit medium, & quidem potentissimum. Nihil aliud eam vim facere potest, ut decreta serventur, quam nos metipsi, Venerabiles Fratres. Synodus nunc denuo promulganda est lex tacens: nos Ecclesiastici debemus esse lex loquens: unde, ut scripta Synodus robur accipiat, ecclesiasticus cœtus semper, & ubique sit lex viva, quæ tanto potius vires exeret, quanto efficacior est viva lex literis mortuis; quantum differt inter mortuum, & vivum.

I. Reg. 9. v. 2. Sacerdos debet Populo præcellere, Pastor subditis. Typum dat Saul Rex Israel, de quo dicitur, quod ab humero sursum eminebat super omnem Populum. Ita, seu potius *multo etiam magis*, ait S. Joannes Chrysostomus, debet Sacerdos laicos antevertere, & maxime in his, quæ laconica perstringemus brevitate. Fave te linguis.

Exod. 27. v. 20: **& 20.** Jussit Deus in exodo afferri ad Sanctum Sanctorum oleum purissimum, ut arderet lucerna in tabernaculo testimonii, & ait Sacer textus: *ut usque mane luceat cor m Domino*, hinc patet de die non arsisse lucernas in candelabro, sed tantum de nocte, ita tenebant Abulensis, Oleaster, & alii cum Alapide, qui meridiana luce clarius esse censerent. Vespere ergo accendebarant Sacerdotes lucernas, manè vero eas extinguebant, mundabant, componebant, et oleum infundebant. Sacerdotes esse mundi lucem, quem præterit? sed quare lucernæ eæ tabernaculum, sive Sanctum altare Thymiamatis, & mensam panum propositionum noctu tantum illuminabant? Lux, quæ de die lucet, ardet quidem, sed tenebras non abjicit; quæ vero de nocte, tenebras fugat; ardebarant igitur noctu lucernæ in tabernaculo eæque omnes ad mysterium, ut scilicet mysticè significaretur, quod lucernæ vivæ, idest Doctores, & Sacerdotes in hujus sæculi nocte, rudiore illuminare debent, abjectis populi tenebris, & obscure caliginis horrore. Unde Sanctus Gregorius: *lux gregis flamma est Pastoris.*

Videte ergo, o Sacerdotes, quomodo, ut filii lucis ambuletis, quantam lucem afferre debeatis, nimirum tantam, quæ tenebras impietatis plebis non tantum retegat, sed & easdem illuminet, lucidas faciat, imo in lucem sanæ religionis transmutet. Populus debet lucere, vos autem ei lumen communicare.

Luc. 12. v. 31. Lucernis ardentibus in manibus comparantur Sacerdotes a S. Luca; & lucerne ardentes in manibus vestris, alludit hic Evangelista, inquit

quit Origenes , ad lampades militum Gedeonis , qui tēdis emi-
cantibus perteruerunt Madijanitas . Eodem modo Ecclesiastici ita
debent charitatis operibus coruscare , ut in fugam vertant perse-
cutores , totusque terrarum orbis inclarescat . Unde recte Grego-
rius **xiii.** mortuo S. Carolo Borromeo , dixisse perhibetur : *Ex-
tincta est lucerna in Israel* . Sed quare lampadibus comparantur ?
Lampades ejus , lampades ienis , atque flamarum . Sacerdotes olim
lampades accensas preferebant ; unde illud Clementis Alexandri-
ni de Sacerdotibus Bacchi : *extingue ignem o Sacerdos , reverere
lampades , o tu qui faces geris ? tuum Bacchum lux arguit ; & S.*
Gregorius : *Lampas contempta apud cogitationes divitum .* Sed eur ,
iterum dicimus , lampadibus comparantur ? Assimilentur potius
stellis , quae puriore ac nobiliore emicant luce ; nequaquam , in-
quit doctissimus Oliva , quia stellæ pulcherrima quidem luce ef-
fulgurant , sed est lux sterilis , quæ alii non communicatur .
Lampades verò fulgent , & ab eis aliï communicatam partici-
pant eorumquæ beneficio debent accendere lucernas suas . Lam-
padibus igitur Sacerdotes comparentur , non verò stellis , quo-
niam , ut concinne , & concisæ ait acutissimus Oliva : *Nobilior
stella , fœcundior lampas .*

*Homil. 9. in
lib. judic.*

Sint deinceps Sacerdotes vigilantes , sint oculi . *Oculi tul sicut pisci-
nae in Hesobon .* idest Episcopi , Pastores , & Doctores . Unde S.
Antiochus censet Pastorem totum debere esse oculum , ut nō
una quidem creditarum sibi pecudum indigna fiat , quæ recipiatur
a domino per oscitantiam . Pastores ergo sint argi , hoc est cen-
toculi , ut singulas oves curent , & introspiciant . Vigilantis Pa-
storis exemplum habemus in Genesi : *viginti annis* , ait Jacob *sui
tecum* (idest cum Laban) *oves tuæ , & capreæ steriles non fuerunt ,*
arietes gregis tui non comedí : nec captum a bestia ostendi tibi ; ego
damnum omne reddebam , quidquid furtim peribat a me exigebas : die
noctuque , astu urebar , & gelu , fugiebatque somnus ab oculis meis .
Si sic laborat , & vigilat (inquit M. Gregorius) qui pascit oves
Laban , quanto labore , quantisque vigiliis debet intendere , qui pascit
oves Dei ? Pascendi Cathedra & patiendi calix ; pastoralis specula ,
vigilantiae speculum . Tu ergo vigila , in omnibus labora . Si
Pastor dormiat , plebs etiam dormiet . Plebis oculi Pastores sunt .
Si oculi dormiant , totum corpus dormiet . Si Pastoris oculi vigi-
lant , totum reipublicæ corpus vigilabit .

*Cant. 7. v. 4
Homil. 3.*

Populus debet vigilare , & vos debetis eum a somno excitare . Gal-
lus excubitor , mane nos excitat , ut ad opera confiencia con-
surgamus , acuta inclamitans voce , cantuque suo solem adhuc è
longinquo advenientem prædicens . Sed & infornis quidem no-
tu etiam pressio dat gutture cantus . Pastoris Simbolum est gal-
lus . Et hinc est quod in ecclesiarum fastigiis solet galli figura
collocari . Observat autem S. Gregorius , gallos profundioribus
horis noctis valentiores , ac productiores edere cantus ; manè ve-

*Genesis 35. v.
38.*

*lib. 7. epist. 48.
ad Anastas.*

*Joan. Clericat.
inspicis. verb.
Gallo nū. 31.
ubi pluribus
rationibus il-
lustrat s. Gre-
gor. apud Ala-
pide 6. Deut. 8.*

ro leniores , ac minutiores , quasi , qui prioribus excitent dormientes ; posterioribus invitent jam exasperatos , ad matutinam orationem , ac doxologiam Deo fundendam .

Prov. 7.v.3. Loquens Salomon de lege Dei : *liga eam , ait , in digitis tuis , scribe illam in tabulis cordis tui , ut scilicet Populus eam jugiter in corde , & pectore , velut incisam , & insculptam gerat . Sed discri men ob servate inter Laicos , & sacerdotes , ad quos Mala chias :*

Malach. 2, v.1,
¶ 2.

& tunc ad vos mandatum hoc , o Sacerdotes ! si nolueritis audire , & si nolueritis ponere super cor , ut detis gloriam nomini meo , cit Dominus exercituum : mittam in vos egestatem , maledicam benedictionibus vestris , & maledicam illis : Quoniam non posuistis super cor . Populum jubet scribere in corde legem suam . Sacerdotes jubet ponere super cor timorem sui . Sapientes , & probi Sacerdotes praecepta ponunt super cor , illudque agunt ad ea exequenda : insipientes , & improbi ponunt ea sub corde , ut cor ejus dominetur , eaque capessat , si , ubi , & quando velit ; si nolit , negligat , atque pessundet . Inter po nere vero super cor , & sub corde , videtur medium dari , po nere scilicet in corde , in medio cordis , prout David . Sed in Sacerdotibus , videtur Deus , exigere non medium , sed supremum . Quinimmo si Sacerdotes non ponant super cor , valde metuendum est , Populum sub corde positurum .

Levit. 26.v. 19. *Si vos non ponitis super cor o Sacerdotes , mittet Deus in vos e gestatem , & maledicet benedictionibus vestris . Et si vos , o sa culares dilectissimi filii , ponitis sub corde , dabit verbis Deus co lum desuper sicut ferrum , & terram aeneam . Hinc enim tot cal amitates , & malesuada fames , & turpis egestas provenire di gnoscentur .*

Tiansgredimini leges , & statuta , ob dishonestum usuræ lucrum , ob vile ob lectamentum , ob fragmentum panis . Sed panem cum legum fractione non habebitis . Et si comparatis , erit ille tribulationis .

Matth. 4.v.3. *Tentavit omnium Daemonum princeps , idest lucifer , Christum Dominum in deserto dicens : si Filius Dei es , dic ut lapides isti panes fiant . Quinam autem erant isti lapides ? Nicolaus de Lira tradit , lapides istos , quos diabolus offerebat Christo , ut in pa nem verteret , fuisse lapideas tabulas legis confractas à Moise ; illumque rejecit Jesus , quasi dicens : cum lege confracta in manu ad me venis , ut faciam panes ? Panis ex legis fractione factus neminem profecto juvabit . Dei præcepta , & Ecclesiae non ob servantur , Synodi despiciuntur , & vultis panem ? Lapides quidem non vertentur in panes , immò veremur , ne panes in lapides vertantur , & utinam ne similia vobis acciderent , cerea libus agris fluminum alluvione obrutis , saxisque refertis panes sperabatis , & lapides invenistis . Verum & alia graviora mala timere possumus .*

Sed

Sed Dii prohibete minas : Dii talem avertite casum , Vos inquam , iterum alloquimur Sacerdotes , qui Dii estis , & filii excessi omnes . Mediatores inter Deum , & homines ; ideoque qui Populi peccata comeditis , & consumitis . Hinc enim olim Sacerdos adūrus cum Deo , nomina duodecim tribuum inscripta rationali gestabat in pectore , cum Urjim , & Simmim , idest doctrina , & veritate , Vos quibus Dominus reliquit reconciliationis ministerium , evangelistarum opus facite , tum voce , tum vita sancta , inquit Divus Anselmus . Decet enim Pastorem , ut Sancti Gregorii verbis utamur , decet Dominicum Sacerdotem moribus , & vita clarescere , quatenus in eo tanquam in speculo vite sue plebs commissa , & eligere quod sequatur , & videre possit quod corrigat . Ideo bene ajebat S. Dionysius , Sacerdotes dehere esse instar crystalli pellucidi , & radiantis , in quod radii solis incidentes in coetera , quæ vicina sunt , refunduntur .

*S.Greg. lib.7.
epist. 32.*

Quod dicas ore , doceas opere , & sit quasi copia dicendi forma vivendi . Doctrina , inquit , S. Gregorius , cum omni Imperio docetur , quando prius agitur , quam dicatur : nam doctrina subtrahit fiduciam , quando conscientia præpedit lingua . Hinc S. Paulinus epist. ad Jovium ei consulit : non tam lingua , ait , quam vit sis eruditus : non tam differas magna , quam factas ? Infirmitas enim humana docet verissimum esse id , quod ait Abbas Chæremon : nunquam erit efficax instituentis auctoritas , nisi eam effectu operis sui cordi affixerit audientis . Quo circa de S. Athanasio scribit Nazianzenus : ita se comparans , ut nec sermone : propter mores ad institutionem abunde sufficietes magnopere opus haberet , & de S. Basilio idem dicit sermone ad animarum curationem biud multum indigeno ; opere quamplurima perficiens .

*apud Caffian.
coll. II. cap. 4.*

Ideo Apostoli magis opere , sanctitate , & charitate ardente , quam prædicatione uniuersum orbem converteantur ; imò ideo ore tonabant quia vita fulgurabant ; juxta id quod de S. Basilio ait Nanzianzenus : Oratio ejus erat tonitru , quia vita erat fulgor . Tonitru auditur , fulgor videtur : & segnius irritant animos demissa per aures , quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus : plusque , teste Seneca , homines oculis quam auribus credunt . Unde S. Gregorius Nanzianzenus : præstantior meo judicio est pulchritudo , que oculis cernitur , quam quæ sermone pingitur , & sapientia , qua per opera demonstratur , quam quæ oratione nitet , & splendet . Quemadmodum enim ferrum ferro acuitur , & lapis lapidi allitus ignem elicit : sic anima animæ commorans , ad eam ipsam incitat , ut charitate ardeat sicut & ipsa ardet , ut notat Chrysostomus , & Theophylactus .

S. Jordanus secundus Generalis Patrum Prædicatorum , rogatus , quodnam esset suorum officium ? respondit trinum esse , illudque à Psalte tribus verbis recenserit : bonitatem , & disciplinam & scientiam doce me . Ergo in Pastore ante omnia requiritur virtus probitas ,

*apud Alapi-
de. IO. ad
Hebreos . v.
24.*

Psi. 118.

14.
tus, qua suis exemplo virtutis probat et non vice fortitiae,
concluens batum per vias. Et papas dominus quadratus latitudine po-
gnum Sraphicus Patriarche. S. Franciscus. Nihil enim morali
est, quod ait Seneca: occursum ipse sepietum. fuit, ut est affi-
quid, quod ex magno vino, etiam uincere proficiat. Et si. Et
Nacrap Pater Massetus in vita S. dignitatis adolescentem quondam lutheranum

Epist. 94.

lib. 2. cap. 13.

S. August. lib.
de mendacio ca-
pit. 5.

S. Gree. Homil.
10. in Ezechiel.

Cicero lib. 3. de
legib.

lib. de sacrificio.
Abel, & Cain.

lutheranum, qui disputando converti non poterat, tradiduntur Ignatio, atque ab eo in doctrina acceptum huius conversum. Qui rogatus quemodo ita mentem esse inter pugnabilem mutaret? respondit, se Ignacii, facilius spadem tandem, virtus que cessisse, quod ita apud se prope necessario statueret, à tunc incorruptis mortuis, & tanta pace, & concordia, à tam bonis operibus rectam in Deum fidem abesse nulli modo posse. Ecce Sacerdos tacens, & loquens. Nec mirum (& nostrum stringitur) ut eniat sit S. Augustinus. Vir pius est quasi lex, viva, & qui suis magis tunc metu, quid facio opum, quid loquar, quid Deus, quid tollere & posse. & s. Augustinus, in fundatione suae conscientiae quid finis scriptura legere debeat. Sapienter Cicero, magistratus, inquit, loquens, ut sit, ut utrumque, ut utrumque, ut utrumque, ut utrumque. Quilibet, igitur, & sacerdos sit, lex loquens, & scripta synodus deit tacens. Philo librum redditum, eni; citulit enim oratio, probus est liber, ergo quilibet ex vobis se probaveret; Non utique virius, & que magis iuvabit, quam synodi uero nuper exrandus.

Malach. cap. 3.

inquit Philo, maximo civitatis honoris, & glorie, & sapientes viri fortissimum protumaculum, & presidium existimari debet, quoniam obirent. Ambrasius lib. 4. de ultrastate cap. 6. sic concludit. Presidium, & ymagines murae sunt patria viri justus, tota uita probi sacerdotum, & exerciti justi, & cui bonique observantiam quos erant reipublicae propagnacula, mille clypei pendebant, ex servilem uenienti armaturae fortium. Augustinus Imperator Germania. Quiddit festina. Miserabat, & se ex litera triplici Precepto die statu urbium, vel ad publicam, scilicet se considerare, qualis ea loci esset. Postea signalis Primitus, qualem Preceptor, Ecclesia, & Procurator Cauda, & justitia, & Praeceptore schola, & iustitia, quae est reipublicae Seminarium. Qualis erat Ecclesia, scilicet Ecclesia, qualis est Preceptor, tunc & iustitia, & praeceptore. Primitus, ualebant tives. Sed ne placuisse, sed uolent, & sancti Iacobus & Malachom, & ueritate, & fidei. Hoc uolent, & conjici posse de statu Urbis, Oppini, vel Proba, si possit probus, & populus alienus dei? video quia fideliter, & uolenter, & ueraciter, & probanter & integranter uenient, & uolent, & sancti Iacobus, & Malachom, qui ab eo pascitur fidei, & ueritatis, & uolentis. Malachius insipit prophetiam, & cor-

correctionem suam à correctione sacerdotum : quia reformatio
Reipublicæ & laicorum pendet à reformatione Cleri , & Sacer-
dotum : qualis enim est Sacerdos , talis est populus .

Quod sic eleganter probat S. Joannes Chrysostomus : Medicus , in Homil. 38. in
quit , quando primò ingreditur ad infirmum statim de stomacho ejus S. Matth.
interrogat , & eum componere primum festinat quia si stomachus sa-
nus fuerit , totum corpus validum est ; si autem dissipatus fuerit ,
totum corpus infirmum est ; ita si sacerdotium integrum fuerit , tota
ecclesia floret ; si autem corruptum fuerit , omnium fides marcida
est Sacerdotes accipiunt sententiam sermonis per scripturas ex
Deo , & excoquentes eam in se , idest , tractantes , & meditantes
apud se , universo populo subministrant . Meditantes apud se , ait ,
populo subministrant . Sic Sacerdos ab humero sursum eminebit
super omnem populum : præcellet capite , præcellet collo , quia
teste S. Gregorio : collo locutio , capite contemplatio designatur .
Igitur non incongruenter diximus , quod nihil aliud ita vires ad-
dere potest , ut Synodus robur accipiat , quam nos metipsi vene-
rabiles fratres .

Et vos clerici , primi ecclesiæ viridarii flores , magis satagite , ut
per bona opera certam vestram vocationem faciatis . Filioli mei , Apost. in epist.
quos iterum parturio , donec formetur Christus in nobis : quos , ite- ad Galat. cap.
rum dico , parturio , quia Prælati non tam Patres ; quam Matres 4.v.19.
suis subditis se exhibere debent . Ex vobis naturaliter exurgent
Presbiteri , Parochi , Archipresbyteri Canonici , Dignitates , & for-
sitan Episcopi , Archiepiscopi , & Ecclesiæ Principes . Nolite , Apost. ad Co-
igitur pueri effici sensibus , sed militia parvuli estote : sensibus autem ypth. 14.v.20.
perfecti estote , & ut legit S. Augustinus : Sicut infantes sitis exper-
tes militie : in malo scitis infantes , ut de illo fari , aut differere ,
non possitis , v. g. non sciatis quid sit emulatio , obscenitas , vin-
dicta , ut ex vobis fructus uberrimi honorum operum sperentur .
Diabolus cum præfigit aliquem fore eximium ecclesiæ doctorem ,
aut Præfulem , vel Pastorem , solet eum variis temptationibus ag-
gredi , ut eum dejiciat , & fructum animarum , quem ipsum fa-
cturum prævidet elidat , & in ipso quasi semine suffocet . Ita da-
mon tentando Christum in deserto , christianos omnes in Chri-
sto , quasi semine , & parente suffocare conatus est .

Tandem memores vos omnes estote , quod Deus servantibus leges Levit. 23.v.3.
suas promisit in levitico viginti novem benedictiones , non servan- cum seqq.
tibus , totidem , & plures , ac graviores maledictiones , ac mala ,
intentat . Benedictiones speremus , & maledictiones vereamur .

Verè ait S. Augustinus : Magna tua ô domine est sapientia , &
charitas , qui nos cogis ad amorem tui , bonumque nostrum , nisi
enim id faciamus minaris nobis gehennam ; si faciamus , promittis
immensas , & aternas coronas , quas nobis concedi suppliciter de-
precamur .

In nomine Sanctæ, & individus Trinitatis Patris, & Fili, & Spiritus Sancti. Amen.
Nos D. DAMIANUS POLONI U. J. D. ac Publicus Professor,
Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Reginensis, Co-
mes Civitatis Bevæ, Baro Terræ Castellacii, Regius Consilia-
rius, &c.

Pro christianæ pietatis conservatione, morumque in Civitate, &
Dioecesi nostra Reginensi informatione de Admodum Reveren-
dorum DD. nostræ Metropolitanæ Ecclesiae capitulo consilio in
hac prima Dioecesana Synodo, & præcipue cultui divino manci-
patis, sequentia statuimus, decernimus, & sancimus.

P A R S P R I M A

C A P U T I.

De Fide Catholica.

Quoniam Catholica Fides, christiani sedis facti basis, fundamen-
tumque est, quæ duce, cætera optime disponuntur; ideo
primum, omnibusque dignius in hæc Dioecesana Synodo
formaliam professionis fidei à Pii Papæ IV. constitutione depropo-
nuntam, hoc loco attexendam, duximus.
In*stit. 39. m.* **E**go N. N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ
junctum nobis. ~~constituerunt in synodo ista, quo sancta Romiana Ecclesia uti-~~
~~tur, videlicet.~~

Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem factorem Cœli, &
Terræ, visibilium omnium, & invisibilium, & in unum Do-
minum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, & ex Patre
natum antè omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine,
Deum verum de Deo vero, genitum non factum consubstantia-
lem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homi-
nes, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Et incar-
natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & Homo factus
est, crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, & se-
pultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascen-
dit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus
est cum gloria judicare vivos, & mortuos, cuius regni non erit
finis; & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui
ex Patre, filioque procedit, qui cum Patre, & Filio simul ad-
doratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas, & unam
Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, Confiteor unum
baptisma in remissionem peccatorum, & expedito resurrectionem
mortuorum, & vitam venturi saeculi. Amen. Apostolicas, &
Ecclesiasticas traditiones, reliquaque ejusdem ecclesia obser-
vantes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item
Sacram

17

Sacram Scripturam juxta eum sensum , quem tenuit , & tenet
Sancta Mater Ecclesia , cuius est judicare de vero sensu , & in-
terpretatione sacrarum scripturarum , admitto ; nec eam unquam ,
nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam , & interpreta-
bor . Profiteor quoque septem esse verè , & propriè Sacra-
menta novæ legis à Jesu Christo Domino nostro instituta , atque ad fa-
ludem humani generis (licet non omnia singulis) necessaria , sci-
licet Baptismum , Confirmationem , Eucharistiam , Poenitentiam ,
extremam unctionem , Ordinem , & Matrimonium , illaque gra-
tiam conferre ; & ex his Baptismum , Confirmationem , Ordinem
sine sacrilegio reiterari non posse : receptos quoque , & approbatos
Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramen-
tum solemni administratione recipio , & admitto : omnia , & sin-
gula , quæ de peccato originali , & de justificatione in Sacrosancta
Tridentina Synodo definita , & declarata fuerunt amplector , &
recipro . Profiteor pariter in missa offerri Deo verum , proprium ,
& propitiatorium sacrificium pro vivis , & defunctis , atque in
Sanctissimo Eucharistia Sacramento esse verè , realiter , & sub-
stantialiter corpus , & sanguinem unà cum anima , & divinitate
Domini Nostri Jesu Christi , fierique conversionem totius substanciæ
panis in corpus , & totius substanciæ vini in sanguinem , quam
conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat : fa-
teor etiam sub altera tantum specie totum , atque integrum Chri-
stum , verum ~~Sacramentum sumi~~ . Constante teneo Purgatorium
esse , animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari ; similiter
& Sanctos unà cum Christo regnantes venerandos , atque invo-
candos esse , eosque orationes Deo pro nobis offerre , atque eo-
rum reliquias esse venerandas . Firmissime astero imagines Chri-
sti , atque Deiparae semper Virginis , nec non aliorum Sancto-
rum habendas , & retinendas esse , atque eis debitum honorem ,
& venerationem impariendam . Indulgentiarum etiam potesta-
tem à Christo in Ecclesia relictam fuisse , illarumque usum chri-
stiano populo maximè salutarem esse affirmo . Sanctam Catholi-
cam , & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum
Matrem , & Magistrum agnosco , Romanoque Pontifici Beati
Petri Apostolorum Principis successori , ac Jesu Christi Vicario
veram obedientiam spondeo , ac juro . Cætera item omnia a sa-
cerdis Canonibus , & ecumenicis Conciliis , ac præcipue à Sacrosan-
cta Tridentina Synodo tradita , definita , & declarata indubitan-
ter recipio , atque profiteor . Simulque contraria omnia , atque
hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas , & rejectas , & anathe-
matizatas , ego pariter damno , rejicio , & anathematizo .

Hanc veram catholicam fidem , extra quam nemo salvus esse po-
test , quam in præsenti sponte profiteor , & veraciter tenuo ,
eamdemque integrum , & inviolatam , usque ad extrimum vitæ
spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere , & confiteri

atque à subditis meis, vel illis, quorum cura ad me in munere
meo spectabit teneri, doceri, & prædicari, quantum in me
erit, curaturum; ego idem N. N. spondeo, voveo, ac juro,
sic me Deus adjuvet, & hæc sacrosancta Dei evangelia.

Præcipimus ergo, ut fidem catholicam, quam sancta Romana
Ecclesia profitetur, & nos sincero mentis assensu hujus Concilii
initio, professi fuimus, eam ipsam omnes infra scripti suo loco, &
tempore in manibus nostris, vel nostri Vicarii Generalis sub poe-
nis contrà renuentes latè in ipso Piana Constitutione, aliisque
arbitrio nostro, emittere tenentur, ut non solum corde credatur
ad iustitiam, sed etiam ore confessio fiat ad salutem.

ad Rom. 10.

I. Dignitates canonicatus obtineentes in hac Metropolitana Ecclesia,
Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. post captam possessionem, in manibus nostris, vel Vicarii nostri
Generalis, & in capitulo infra bimestre, alioquin absque ulla
Pius dict. const. hominis declaratione, fructus suos non faciant.
89. injunctum II. Beneficia cum anima um cura habentes post ipsorum posses-
sionem infra idem tempus in manibus nostris, vel nostri Vicarii
Generalis.

III. Quicunque alia beneficia simplicia obtinentes.

IV. Novus Vicarius Generalis, Vicarius Foranei, Procuratores,
& Promotores Fisci curiæ nostre Archiepiscopalis, Cancellarii,
cæterique ejusdem ministri.

Conf. 88. Pii V. Novi Concionatores etiam regulares.

IV. in Sacrofani. Novi Confessarii etiam monialium.

Eta.

VII. Docentes publicè, vel privatim theologiam, philosophiam,
jus canonicum, aut civile, vel inferiores quilibet disciplinas
etiam grammaticam.

VIII. Clerici medicinam, vel quæcumque medicinae partem ex-
ercentes.

Pius IV. const.

88. Sancti Pius

V. const. 3. super gregem.

Exod. 20. n. 10.

¶ II.

Dierum Deus est Dominus omnium, qui paucos sibi elegit,
quosque statuit, ut non tantum intimis hominum sensibus,
sed etiam externo, publicoque cultu solemniter adoraretur, ac
proinde temerarios eorumdem violatores innumeris calamitatibus,
atque visibili igne absumptos esse, Scriptura, & exempla te-
stantur.

Animadventant fideles à media nocte usque ad medium noctem sub-
sequentis diei festa omnia incipere, & extendi, eorumque obser-
vantiam consistere in perfecta, & plena applicatione ad divina,
& operum cessatione; atque adeò sacris illis diebus missæ sacri-
ficio devote interesse, orationibus, atque exercitiis spiritualibus
vacare, demumque ecclesiæ frequentare obnoxie studeant.

supps

Et

Et ne præceptum hoc apprimè utile animarum saluti , & necessarium , ignorantiae prætextu inobservatum deprehendatur , omni-*Conſt. Sanc. Pii*
bus , & singulis Parochis , ad quos de jure spectat , nec non ru-*V. incip. cum*
ralium ecclesiarum Cappellanis mandandum duximus , ut diebus *primum*.
Dominicis festos dies de præcepto , & jejunia in subsequentem
hebdomadam incidentia , populo observari monitione current .

Verum si christiana pietas , urgens necessitas , vel publica utilitas
diebus festis a servilibus operibus minimè cessare patiatur , à
nobis in Urbe , vel à nostro generali Vicario ; in diœcesi vero à
Vicariis foraneis veniam gratis tribuendam exposcant . Hortantes *Sa. Cong. Episc.*
quoscunque sic laborantes , ut id opus sine scandalo , quantum *Episcopum Bri-*
fieri possit , exerceant , & in alieius Ecclesiæ utilitatem , vel *stracie vulgo*
pauperum eleemosynam impendant . *Umbriatico 15.*

Piscatoribus , diebus Dominicis , & festis , quadragesimæ , quatuor *Januarii 1619.*
temporum , & vigiliarum tempore dumtaxat piscari permittimus *Conſtitut. Urb.*
Dominicis verò , & festis alio tempore recurrentibus penitus in-*VIII. 12. alias*
hibemus absque nostra , vel nostri Vicarii Generalis in Urbe li-*162.* universa
centia , & in diœcesi de venia nostrorum Vicevicariorum , quæ *§. ut verò*
si expedire videbitur concedatur . Inhibemus præterea Vicariis
foraneis , ne quidpiam accipient pro licentia vendendi merces ,
& laborandi in diebus festis .

Diebus illis sacris comestibilia loco statuto , & consueto , non nisi
ostiolo recluso , vendantur , minimè verò per plateas , & Civi-
tatis vicos , præfertim ante Ecclesiæ fores .

Nihil innovamus circà Barbitonorum exercitium , sed servetur Sy-
nodus secunda Reginæ Illustrissimi Domini D. Matthæi de Ja-
nuario nostri Prædeceſſoris .

Temporibus autem vindemiarum , messis , nutricatus , & serici
constructionis , instantे necessitate , per nos , aut nostrum Vica-*Cap. fin. de Fe-*
rium Generalem , cognita , servilibus quoscunque vacare posse , *riis.*
audita priùs missa , permittimus . *cap. conq. stus.*

Dominis , Parentibus , ceterisque subjectos habentibus , atque familiars
penitus interdicimus , ne eorum subditis maxima sui per-
nicie servilia opera peragenda imponant .

Comediae , ludi scenici , aliaqua inania spectacula sub poenis arbi-*Acta Eccl. Me-*
trio nostro , minimè repræsententur , agantur , ducanturque . *diol. de cul. di-*
Civiles executiones , tam rerum , quam personarum , quemadmo-*er. feste. 10.*
dum , & bonorum venditiones sub pena excommunicationis la-
tæ sententiae ab Ecclesiasticis , nostrisque in curiis fieri prohibe-*Acta Eccl. Me-*
mus ; idemque observandum in feriis à vigilia nativitatis Domini-*dol. de fester.*
ni usque ad Epiphaniam , & à Dominica palmarum usque ad Do-*dier. cul. q.*
minicam in albis inclusivè ; in necessariis vero contractus inire ,
sicuti & juramenta praestare permittimus , & hoc , non nisi de
nostra , vel nostri Vicarii Generalis licentia , in Urbe , & foran-
ei in Diœcesi , quæ gratis concedatur .

Et ne præmissorum observantia grandi cum malo negligatur , man-

damus Vicariis foraneis , sestorum magistris , & nostræ Curiae servientibus , tam in Urbe , quam in Dioecesi sub pena privationis officii , aliisque arbitrio nostro , ut curam contra transgressores enixe gerant , prout jam in aliis Dioecesanis Synodis à Praedecessoribus nostris celebratis , cautum est .

C A P U T I I I .

De Jejunio .

*Can. i. dist. 3. de
consec. cap. II.
de obser. jejunii.
dist. 76. per tot.*

Fuit post jejunium quadragesimale a Christo Domino dedicatum , & ab Apostolicis usque temperibus perpetuo in universa ecclesia religiosè observatum , atque ita quidem , ut qui illud contempserit reus censetur ex canone Toletano resurrectionis Dominicæ . Quare sciant omnes Christi fideles , qui statim super annum vigesimum primum explayent , se teneri ad jejunium ecclesiasticum servandum omnibus quadragesimalibus diebus . Dominicis exceptis , quatuor anni temporibus , vigilis Sanctorum . & Beatae Virginis sub peccati mortalis poena . Sciant legibus ecclesiasticis subiecti in vigilia nativitatis Domini nostri Jesu Christi duo prandia se minime facere posse . unum tempore manu , alterum vero sero . Jejunia , quæ sunt per mortus iacta certum numerum adscriptos , ac determinatos , vulgo tantu vocati , & non plus , ut superstitione ac illicio . Ut illicita etiam vetamus jejunia , in quibus nonnulli se exerceat , cibum , potumque a diversis colligendo , panem tempore , vel fastinam ab hoc , satem ab illo , & aquam ab aliquo alio petentes , itaut hæ res in unum collectæ , ac permissæ integrè à plurisque manducentur .

D I E S J E J U N I I .

UT omnibus Christifidelibus innotescat , qui dies jejunii sint servandi , infra scriptam tabulam describendam duximus . Omnes dies quadragesimæ a feria quarta cinerum per totam diem Sabbathi Sancti , Dominicis tantum exceptis . Quatuor anni tempora , feria quarta scilicet , sexta , & Sabbatho . Vigilia Nativitatis Domini nostri Jesu Christi . Vigilia omnium Sanctorum . Vigilia Sanctorum Apostolorum , praeterquam Philippi , & Jacobi . Vigilia Pentecostes , Vigilia Sancti Joannis Baptiste . Vigilia Sancti Laurentii martyris . Vigilia Assumptionis B. M. V. Quando vigilia Sanctorum in diem Dominicum inciderit , jejunium

25

nium, transferatur in Sabbatho antecedenti. Similiter & vigilia Sanc-
ti Joannis Baptista in die festivitatis corporis Christi venient, ,
jejunium feria quarta precedente fiet,

C A P . U T . I V ,

De Concionatoribus ,

Precipua Pastoralis munera sollicitudo salutare eum omnium popu-
lum : idcirco ne dies veniat, in qua nobis à Principe Pasto-
rum exprobretur, *Parvuli peregrini parum, & nos erat, qui
frangeret eis;* Parochis omnibus injungimus, atque praecepimus,
ut singulis Dominicis, & festis solemnibus, Evangelii curientis
explanationem saltuosa per horas dimidium faciant, fidelesque
à malo divertant, & ad bonum convertant,
Ut igitur prædicationis munus recte concionatores peragere valeant
illud Jeremiæ præ oculis habeant: *Propheta, qui habet sermonem
meum, loquatur sermonem meum verè: quid paleis ad triticum? di-
cit Dominus: numquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi
malleus contrepicit petram.* Quapropter scurrilitates omnes à ore vnu-
næ eloquentiae fucum à verbo Dei removeri omnino subtemus
ne propriam gloriam, non fidelis populi utilitatem querere vi-
deantur.

Devotionem erga Santissimum Eucharistia Sacramentum summo-
perè promoveant, ut Christo, sive in Altari exposito, sive pro-
viatico ad infirmos deferendo frequens cultus, humilisque famu-
latus à Christifidelibus religiosissime præstetur.

Antequam populo sermonem habeant, illa verba proferre non de-
dignentur: *Sia lodato il Santissimo Sacramento.*

Satagant piis voluntatibus omni celeritate satisfieri, festa observari,
Ecclesiæ debito cultu venerari, pueros ad frequentem doctrinæ
christianæ usum alici, & alia id genus; semper tamen concio-
nem ad penitentiam excitando congludant.

Perjurii, blasphemias, detractionis, usuræ, adulterii vitie, &
alia radicibus evellere curent.

Commendent magnopere pauperum velamen, & eleemosinam..
Ante ortum, & occasum solis sermonem non habeant, eo ence-
pto, qui in feria quinta, vel sexta majoris hebdomadae de Chri-
sti passione haberet solet, & non nisi de nostra licentia.

Aviditatem omnem in animabus non in temporalibus lucrandis ha-
beant, ne de illis illud Ezechielis asseveretur. *Ei violabunt me,
propter pugillum hordei, & fragmen panis.*

Studeant quantum fieri possit, ut Quadragesima tempore auditores
ita dispositi sint, quod virorum alpedius oculis mulierum, &
contra, minimè pervius existat.

Munus prædicationis nemo etiam regularis extra suorum ordinum
ecclesias

ecclesiis prædicaturus , sibi assumere audeat , nisi examini coram nobis se subiiciat , & non nisi de nostra , vel nostri Vicarii Generalis licentia , quæ in scriptis gratis concedetur sub pœna quo ad ipsos ad biennium privationis officii ejusmodi , & aliis in jure contentis : quoad verò ecclesiarum rectores id ferentes , sub pœna pariter privationis officii , & aliis nostro arbitrio .

Eleemosinas Dei præconibus juxta solitum , & absque retardatione locorum Universitates ministrare non negligant .

Perlegant Concionatores omnes admonitionem , quam Innocentius XI. ad verbi Dei concionatores per literas sacræ Congregationis Concilii misit , quam in appendice appositam esse volumus .

Super præmissorum observantia , mandamus , ut Parochi , & Vicarii foranei invigilent , & nisi ad normam observentur , nos , nostrumque Vicarium Generalem certiorem faciant .

C A P U T V.

De Processionibus .

Verutissimum , ac probatissimum in Ecclesia mos fuit colendi , placandi , atque exorandi Deum per publicas supplicationes , ac processiones . Ideo ne ulla profana fœditate deturpetur , quin immò , qua decet modestia , & ordine retineatur ; volumus .

I. Ut in processionibus Clerici prima tonsura initiati præire debeant ~~postea vero~~ ~~postea vero~~ ~~postea vero~~ insigniti . Si tamen æquitas in ordinum susceptione adesset , natu m̄iores dignorem locum habere debeant .

II. Omnes tūm Novitii , tūm Clerici supplices , ac devoti processionibus intersint .

III. Subdiaconi , & Diaconi in processionibus incedere debeant post Clericos seminariori .

IV. In solemnibus Sanctissimi Sacramenti processionibus , quatuor saltem cum suis hastis laterne propè celebrantem deferantur .

V. Famuli Ecclesiasticorum aliquantispèr distent ab ordine processionis , & ensim non deferant .

VI. In processionibus vulgo de penitentia , mortuerum ossa , nētē pedes , caput , brachia non deferantur in manibus intercessentium , quod majori frequentia in hebdomada sancta fieri solet .

VII. Prohibentur penitentes vulgo Sandi Geromini , sed si velint penitentiam peragere toto corpore sacculo cooperti , scapulas tantummodo apertas percutiant .

VIII. Prohibentur processiones , in quibus representatur persona Christi cum iudeis Christam percutientibus , vulgo al vivo .

IX. Confratres , & sodales sacco induiti Ecclesiam ingressi , non possunt ex illa egredi , causa bibendi vinum .

X. Caupones , vel alias persone , quis in nonnullis locis vinum ven-

vendunt, potum vini illis tali sacco induitis præbere, vel vendere nullo modo debent.

XI. Puellarum publicas processiones vetamus. Sodales Oratorii Jesu, & Mariae, dum processiones instituunt pro deferendo Augustissimo Eucharistiae Sacramento, non excedant vicum domus, vulgo dictæ de Amato, & domus de Galante. Sodales pariter Confraternitatis Sanctissimi Rosarii, hujusmodi processiones ducant per vicum venerabilis Ecclesie Sancti Michaelis Archangeli, gressusque deinde per publicam plateam dirigant, ac demum per Ecclesie Januam majorem Patrum ordinis Prædicatorum ingrediantur. Similiter Oratorii Sodales sub titulo Assumptionis B. M. V. foribus Ecclesie Patrum Societatis Jesu austrum respicientibus, egrediantur; postea per vicum domus de Bosurgi, & de Bolano procedant, ac denique planitiam domus de Filocamio pertransiendo, Ecclesie prædictæ fores occidentales ingrediantur; Si vero aliae hujusmodi processiones fiant, ambitum Ecclesie, in qua fiunt, non excedant; itaut per egressum unius januae, & ingressum alterius absolvantur.

De Sacrificio Missæ, & Missarum celebrations.

Instituta fuit a Christo Domino, & Salvatore nostro Sacra missa Eucharistia non solum, ut Sacramentum soliplantium, verum etiam, ut haberet Ecclesia perpetuum, & visibile sacrificium universa fidelibus profuturum, quod non tantum cultus et tanquam supremo Domino exhiberetur, sed ipsa peccata fideliū vivorum cum penitentiā remitterentur; & animæ defunctorum in Dominō nondum ad plenum expurgata rite explarentur. Ideo tremendum hoc mysterium ita observandum est, ut procul ablegata omni irreverentia, negligētia, ac avaritia, quam maxima puritate, & devotionis studio à Ministris concelebretur. Sac. Ritu. Cong.
penes Corrad. in
præc. dispu. lib.
cap. 6. nu. 22.

Sacerdotes ad sacrum peragendum accedentes, pito lo, aus subbire
to minime utantur.

Anulus Sacerdotis digitum minimus ornet, nisi fuerit Doctor, Di-
gnitas, vel Canonicus, ac in celebranda Missa ornatō illi de-
portant.

Cum indecens sit tabacum, sive in frusta concisum, sive in pul-
verem redactum ante Missæ celebrationem sumere maxime illa-
magna quantitate, mandamus sub penitentia arbitrio nostro infligen-
dis, ne Sacerdotes tabacum in sacraria, aut nicotias sumo ce-
rebrum perfundant ante missæ celebrationem, sciantque prohibi-
tionem hujusmodi non esse parui faciendam, quia magni fecit
Sanctus Præsul B. Turribius, qui in Concilio Provinciali Limensi
hac

hæc mandavit : prohibetur sub reatu mortis ieternæ Præbyteris celebraturis , ne tabaci fumum ore , aut tabaci pulverem naribus , etiam prætextu medicine ante Missæ sacrificium sumant .

Mandamus etiam , ne illotis manibus ad tam ineffabile sacrificium accedant , serveturque mundities omnis tam in corpore , & naribus , quam etiam in vestibus .

Sacerdotes ne Ecclesiam ingrediantur ad Missæ sacrificium peragen-

Missal. Rom. in rub. tit. de præp.

Sacerd.

dum absque veste talari , nec palla apposititia , vulgo *faldiglia* , utantur , tam in hac Civitate , quam in nostræ dioecesis locis .

Indulgemus nihilominus Sacerdotibus in Ecclesiis ruralibus cele-

braturis ibidem non morantibus , ut in sacrificia veste talari se

induant , & sacrum posteâ peragant .

Ministri Altaris sacrificio inservientes candelas mihi mè extinguant , nisi evangelio Sancti Joannis absoluto , incipiendo prius à cornu evangeli , deveniendo posteâ ad cornu epistolæ .

Missæ pro defunctis minimè celebretur cum paramentis violacei coloris ; similiter Missæ , quæ solemniter celebratur in omni parte , eodem ritu , & solemnitate juxta rubricas profequatur : proinde omnino vetamus , ne incæpto *Credo* usque ad præfationem submissa voce dicatur .

Observentur omnia , quæ in decreto Clementis XI. continentur circa Missarum celebrationem in Oratoriis privatis , de quo in appendice .

Sac. Cong. ritu. Organo , musicoque concentui modus imponatur , proindeque

in bispalen. Musicae Magistri , Organista , & Cantores , mihi mè se exerceant

3. in cantu a sanctitate Religionis , & morum honestate alieno , Septemb.

24. neque cantiunculae , nisi piè , ac devotè admisceantur , latino

Novemb. 1696. semper sermone , ne fidelium magis videantur auribus prurire , refer.

Eminen- quam pios in Deum affectus excitare .

tiss. Dom. Card. Prohibendum ulteriusque duximus , ne in Missis defunctorum , Collored.

diebusque Adventus , & quadragesimæ , festis dumtaxat exceptis , organa pulsentur nec aliud quodvis musicum instrumentum adhuc

beatur : quo tempore Dominica scilicet tertia Adventus dicta ,

Gaudete , & quadragesimæ quarta nuncupata , Lætare , pulsentur

organæ in Missa tantum conventionali sub pœnæ in extravagantiis

docta de vit. & honest. Cleric. & edito Felic. rec. Alexandri

Papæ VIII. inflictis , & aliis nostro arbitrio .

In processionibus Sanctissimi Sacramenti , & pro deferendo viati-

co ad infirmos deferantur quatuor laternæ cum suis hastis , suis

que semper intus accensis candelis hinc inde circa celebrantem

qui Sacramentum gerat .

Clavis tabernaculi , ubi asservatur Sacratissima Eucharistia , sub pœ-

na suspensionis , & aliis pœnæ nostro arbitrio , sit penes Paro-

chum , vel in aliquo armario deposita sub alia clavi , eaque sit

argentea .

Hostia consecranda sit ex farina subtiliori illius tritici , quod vulgo

appel-

appellamus, Majorca, benè aqua pura, ac naturali compacta, & discussa, dein ferro Christi crucifixi imaginem imprimente, diligenter cocta. Currentque Parochi, ut nulla alia farina hostiis conficiendis usurpetur, ne nimirum fragmenta abundant in Pyxide, & ne atomi, quod est intolerabile, ex ipsis formulis facile decerpere per aera volent in ipso dispensandæ Eucharistiae actu sub poenit nostro arbitrio taxandis.

Lunula sacri ostensorii sit argentea, ac deaurata intus, & foris Baldachinum, umbella, conopeum Pyxidis sint ex serico albi coloris.

Tabernaculum interius circumvesciatur undique serico panno albi coloris.

In tabernaculo, nec Sanctorum reliquie, nec Sacrorum oleorum vasa, nec ipsamet Pyxides vacue retineantur.

Numquam Sacerdos vestibus nigri coloris Eucharistiam distribuat.

Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Altari majori (exceptis Ecclesiis Cathedralibus) assertari debet.

Post communionem infirmorum cum ad ecclesias fiat redditus, Parochi praeter indulgentias centum annorum à Summis Pontificibus, etiam quadraginta dierum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum comitantibus, à nobis concessas ex Altari pronuncient.

Parochi sub pena peccati erudiant rusticos, aliosque idiotas sub sua Parochia existentes ad Eucharisticam mensam accedentes de veritate Eucharistie.

Parochi post ministratum infirmis viaticum moneant eos de alio Sacramento, quod superest in Ecclesia, scilicet de extrema unctione, interrogentque an si exigitudine invalescente velint, & petant extunc illud recipere.

In gestatione viatici deferatur baldachinum, ac thuribulum.

Tempore, quo celebratur Missa Pontificalis, non celebrentur alias missæ private in aliis Altaribus privatis, & vicinioribus.

Sacerdotes pro celebratione cuiuslibet missæ stipendum manuale minus uno caroleno non accipiant. In Missis vero legatariis dispositio defunctorum hactenus facta omnino observanda est, sicuti pariter in Missis celebrandis Sacrorum Montium Defunctorum.

Quad reliqua Synodus secundam Reginam ab Illustrissimo Domino Januario innovamus.

*Sac.Ritu.Cong.
die 21. I. nuar.
& 2. die Au-
gust. 1701.*

C A P U T VII.

De Exequijs, & Sepulturis.

Praecipua christianæ charitatis opera, pia erga decedentes fides officia reponuntur; si enim haec faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis facere debent, qui credunt? Ideo ut omnes ceremonias, ac ritus, quibus Sancta

D Mater

Mater Ecclesia in filiorum suorum funeribus uti solet, laudabiliter obseruent, sequentia statuenda duximus.

Pauperum cadavera, simul cum bonæ mortis confratribus per proprium Parochum associari jubemus. Proprius Parochus ille dicitur quoad exequias, in cuius Parochia quis moratur per maiorem anni partem, animo ibi permanendi. Si verò aliquis confiendi causa sericum, vel colligendi fructus, & vendemiarum tempore alibi infrà suburbia ad tempus se transferat, ibique decedat, Parochus suburbanus, in cuius Parœcia ultimum claudit diem, dimidiā habeat partem jurium, & emolumenterum funeris, itaut pro æquali portione dividantur inter prædictum Parochum suburbanum, & Parochum proprii domicilii, sive in propria, sive in suburbana cadaver tumuletur.

Cadaver quando in propria tumulatur Parochia debet tunc à Parocho suburbanō ad portas usque Civitatis associari; à porta verò Civitatis usque ad Ecclesiam, in qua sepeliendus erit, à proprio associabitur Parocho, quod si ipsem non reperiatur præsens ante Civitatis muros, Parochus suburbanus associationem proseque valeat.

Parochi non proprii nihil exigere debeat; si contingat cadavera per eorum Parœcias duci.

Nihil omnino exigatur si pulsetur campana pro decedentibus extra Civitatem, & suburbia pro jure baræ, sive lecti mortuorum; neque etiam pro infantibus in hac Civitate decedentibus, dummodo super brachiis ad Ecclesiæ sepeliendi deferantur: non obstante quacumque consuetudine in contrarium.

Caroleni quinque supra quadraginta tantum solvantur pro sono campanæ majoris Cathedralis Ecclesiæ in funeribus hujus Civitatis

Parochi sub nullo prætextu cadaveri sepulturam plus justo differant.

Cadavera minimè sequestrari possunt pro debiti civilis solutione sub excommunicationis poena.

Confuetudinem deferendi cadavera ad Ecclesiæ sepelienda, pulsata secunda noctis hora; & ante auroram improbamus omnino, & prohibemus. Si verò ante secundam noctis horam, vel immediate post auroram deferantur, Parochi, & Sacristæ non possunt, nisi stipendum duplicatum accipere.

Synod. Provin. Media. de fu- ner. & exequ. par. 2.

Cap. quam præ- posterum, cap. ubicumque, cap. habent for- sitan, & cap. qui divina 13. q. 2.

In associandis cadaveribus non est permittendus ululatus, nec genas, aut capillos avellant in morte consanguineorum; cum psalmis tantummodo, & psallentium vocibus ad sepulchra sunt deferendi, qui divina vocatione ab hac vita recedunt. Quapropter morem hunc ritus Ethnicorum redolentem condemnamus sub poena excommunicationis ipso facto incurrendæ; Parochus verò nostram curiam certiore faciat, ut cum sono campanæ publicè denuncientur excommunicati. Et sanè. Habent enim illi forsitan doloris excusationem, qui de hoc saeculo ad melius transiit esse non confidunt; nos autem, qui hoc credimus juxta illud

illud Apostoli : *Contra istari de dormientibus non debemus, sicut & eæteri, qui spem non habent.*

Improbamus pariter consuetudinem mulierum, quæ per aliquod tempus ad illam Ecclesiam non accidunt, in qua consanguinei, vel mariti cadaver sepultum jacet; hortantes omnes præsertim ecclesiasticos, ut mulieres conjunctas, ac consanguineas, compellant, ne ad ecclesiæ pergere omittant lucrandi gratia indulgencias per modum suffragii, & juvamen afferendi animæ consanguinei orationibus, aliisque piis operibus.

Consuetudinem similiter foeminarum repellimus domi moram facientium per multum temporis ob consanguinei mortem, nec ex illa egrediuntur, ut ad ecclesiæ profisciscantur.

Sacerdotes missam haud celebrent antè auroram pro illis, qui sunt in luctu, post auroram verò, si eelebretur, sonus campanæ adhibeatur, ut omnibus pateat aditus Missam audire volentibus.

In morte consanguineorum, ecclesiastici neque vestes lugubres, more laicorum, neque ullum signum luctus deferant, aut barbae rationem solito diutiùs protrahant.

In Sacerdotum manibus defunctorum calix & patena minimè apponantur.

Omnes utrinque sexus fideles in visceribus Jesu Christi exhortamur, ne in posterum visitationibus in consolatoriis excipiendis, homines ultrà medietatem diei, & fæminæ ultra unum congresus luctuosos protrahant, nec in abiconditâ lucis caligine, sed cum una saltem fenestra aperta ex parte superiori, cum mora ulterior inanes sermones, & colloquia vana excitet.

*Acta Eccl. Me-
diol. de vit. &
honest. Cleric.
num. 20.*

*Concil. Tolet.
can. 8.*

*Cleric. dec. 50.
num. 49.*

C A P U T VIII.

De Sacrosanctis Ecclesiis, earumque reverentia, & veneratione.

Ecclæsam, quæ domus Dei est, & in qua sacra perficiuntur mysteria, maxima decet sanctitudo. Dicit enim ipse 2. Paralipom. 7. elegi domum istam mihi in domum sacrificii, & sanctificavi illam, ut sit nomen meum in sempiternum. Non parum ergo invigilandum est, ne quid indecentiam redolens in ea perpetretur, cum nitere debeat tanquam sponsa viro suo ornata; sciantque contrafacentes illud 1. corinth. 3. si quis templum Dei violaverit, *Apocalip. cap. 21. v. 2.* disperdet illum Deus.

Ecclæsiae Parochiales cum majoribus saltem Altaribus intrâ annum in Civitate, & in diœcesi intrâ biennium consecrentur.

Ecclæsiae numquam aperiantur manè ante auroram, post salutationem verò Angelicam numquam reperiantur apertæ.

Ecclæsam ingredientes aquam lustralem in primis accipient, signaque sanctæ Crucis se munit, quod si in illa sanctissimum assertetur Sacramentum, ante omnia ad illud adorandum pergent, genuflexentes, & orantes.

D 2

In

Act. Eccl. Mediol.

In ecclesiarum atriis vana colloquia , profani sermones deambulationes , strepitus non siant , & præsertim ubi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservatur ; quod si per januam ad atrium , vel publicam viam pateat prospectus Altaris , in quo adorabile hoc Sacramentum asservatur , adsit semper , vel antijanua , vel saltem velum .

Quaecumque Ecclesiarum fenestras , per quas dominibus privatis ad easdem pateat aspectus omnino vetamus . Si quæ vero sunt occlodi omnino volumus , & mandamus .

Servitutes omnes è sacris Templis amoveantur , nullumque iter è privatis clericorum , vel sacerdotalium domibus ad Ecclesias habeatur ; sicque Ecclesia à quibusque sacerdotalium ædificiis sejuncta ; minimeque laicorum hominum ædes , quæ templi parietes aliqua ex parte contingat , fabricari permittatur ;

Laicis personis quacumque dignitatis præminentia decoratis , stratum sub pede cum pulvinari , genuflexorium , aut baldacchini in Ecclesiis etiam Regularium & exemptis parari minimè concedatur ; prout decrevit Sacra Rituum Congregatio ad processus Illustrissimi Domini D. Matthei de Januario prædecessoris nostri in una Reginen. , die 19. Julii 1670.

Noi intendentes autem in aliquo super premissis , Magistratu hujus Urbis præjudicium inferre .

Hortamur omnes Christifideles , quod quando in Ecclesia Metropolitana , & in Ecclesiis Parochialibus diœcesis cymbalum det signum elevationis Hostie Sacratæ in Missa Conventuali parteque salutationis angelicæ in aurora meridie , & vespere , genua submittant , prout in aliis regionibus laudabiliter observatur . Ecclesiis nemo subeat armatus sclopis , seu aliis bellicis instrumentis , exceptis ensibus , qui ad habitus ornatum geruntur .

In nocte Nativitatis Domini nostri Jesu Christi , omnis irreverentia ab Ecclesiis arceatur , nec in illis aqualiculum exonerent , aut avellanas , & alios fructus profligant sub excommunicationis poena Nemo Altari ulli , lustralis aquæ yasi , aut sacro Baptismatis fonti nixus adhæreat , vel incumbat .

Circa hanc materiam vide edictum in appendice exaratum .

Act. Eccl. Mediol.

*Conc. Trid. cap.
12. sess. 24. de
refor. ex cap. hi
quoscumque I.
qu. i.*

Cum fuerint instituti Canonicatus , & dignitates ad conservandam , augendamque disciplinam ecclesiasticam , debent idcirco qui illos obtinent , pietate præcellere , aliisque exemplo esse , ut non solum Episcopos opera & officio juvent , sed etiam senatus ecclesiæ nuncupari possint ; non deditur ergo , ut omni , qua pars est , diligentia , sacras functiones peragere valeant , nonnulla

nonnulla in præsenti Synodo declaranda observare.
In Festivitatibus Domini Nostri Iesu Christi, Purificationis B. M.
V. Feriae V. in Cœna Domini Paschatis Resurrectionis, Corporis
Christi, Assumptionis ejusdem Genitricis Dei Mariæ, in die
cinerum, Dominica Palmarum, nobis impeditis, ad primam
dignitatem pertinet officium, & missam celebrare; in reliquis
vero Festivitatibus primæ classis, nobis impeditis, per quatuor
Ecclesiæ nostræ Dignitates, incipiendo ab Admodum Rev. Decano
usque ad Admodum Rev. Thesaurarium per turnum celebretur,
exceptis tamen Festivitatibus Epiphaniae Domini, Sanctorum Apo-
stolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, pariterque
tertia Nativitatis Domini, tertia Resurrectionis, & tertia Pen-
tecostes, in quibus per turnum celebrent Admodum Rev. Ca-
nonici.

In singulis anni Sabbathis, dum laudes B. M. V. juxta pium nostræ
Metropolitanæ Ecclesiæ usum concelebrantur, fiant per turnum
officium incipiendo ab Admodum Rev. Decano usque ad ultimum
Admodum Rev. Canonicum.

Et quoniam, ut accepimus, nostra Metropolitanana Ecclesia consue-
tudinem laudabilem servat, ut præbendæ non sint distinctæ,
sed omnes Canonici sint Presbyteri, volumus consuetudinem hanc lau-
dabilem in suo vigore permanere debere, quantumvis in aliqui-
bus provisionibus aliquantulum inadvertenter forsitan observata-
non fuerit.

Conventus canonicales capitulariter fiant, ac proinde determinatio-
nes per vota secreta in bussula habeantur sub pena nullitatis.

In capitulo nihil concludatur, nisi quod in schedula convocatoria-
valvis Sacrificiæ affigenda expressum est.

Capitulum singulis conyocare mensibus in feria tertia minime ne-
glicant.

Bonorum Capituli, & Comuniæ locatōnes per proclamationes
publici Officialis fiant, eaque post tria bannimenta sub hasta,
exponantur, & plus offerenti concedantur.

Per vota pariter secreta capitularia impertiantur officia sub eadem
pœna nullitatis.

Deputatis per secreta suffragia electis Economus Capituli quolibet
anno rationem reddere se teneri sciat. Latinæ comuniæ redditus
in tres æquales dividantur partes, seu portiones una pro qualibet
vicenda, quæ choro interessentibus cedant, ut frequens choro
assistentia præstetur. Monemus ergo puntatores omnes, ut offi-
cium suum fideliter exerceant.

CA.

C A P U T X.

De Parochis.

Quanta Populorum Ducibus , ac Rectoribus animarum , quas Christus suo acquisivit sanguine , in commissi sibi gregis regimine adhibenda sit diligentia ; solicite administrationis ratio supremo Pastorum Principi districtissime ab ipsis reddenda dilucide nos instruit ; dum creditarum ovium sanguinem , quæ ex custodum fortasse injuria peribunt , in extremi judicii die de illorum manibus Sanctissimus , ac severus Judex requiret . Idcirco gravissimum ipsorum ministerium animadverentes , illis districtissime injungimus , ut hujusmodi onus attente considerent ; ac proinde non modo , quæ in hoc capite continentur , verum etiam quæ in constitutionibus hisce synodalibus de vita , & honestate Clericorum præcepta sunt diligenter obseruent.

*Matth. 10. v.
12.*

*cap. licet de elec-
tione , & electi
potest. in 6.*

*Conc. Trid. sub
Paul. III. sess. 6.
de reform. cap.
I. & sub Pio
IV. sess. 25. de-
refor. cap. I.*

*cap. ignorantia ,
cap. quæ ipsis ,
& si juxta 38.
diss. 4.*

Non itaque mercenarii more , qui dimittit oves , & fugit , sed boni Pastoris exempla sectantes in propria , absque intermissione , resideant Parochia , absque nostra in scriptis licentia ; quod si necessitas urgeat , ac legitima subsit causa , nos consulant , ut ex ejus absentia Populus detrimentum non patiatur : Secus frumentos suos pro rata non facere sciant , et si nulla in eos declaratio secuta fuerit , in Ecclesiæ utilitatem , à qua abfuerint , vel in pauperes ejus loci arbitrio nostro esse convertendos . Contumaces verò per censuras ecclesiasticas , & fructuum subtractionem , aliaque juris remedia , etiam usque ad beneficiorum privationem compellemus juxtà binas Concilii Tridentini sanctiones .

Verbi Dei prædicationem exactissime calleant , quam exercere eurent Dominicis diebus , & festis inter Missæ Parochialis solemnia , vel alibi , si commodius videbitur eis , pro suo , & audiendum captu . Singuli nostras hasce synodales constitutiones habent , atque frequentissime perlegant , quas illis quam primùm distribuere curabimus . Summam aliquam easuum conscientiæ , Concilium Tridentinum , Catechismum , Doctrinam Majuscularum Cardinalis Bellarmini , Rituale Romanum , librum aliquem habendis concionibus accommodatum , aliumque , quo in officiis erga infirmos ab ipsismet salutariter exhibendis erudiantur , sacrarum literarum libros , Breviarium , & Missale Romanum penè se retinere non omittant , ut officium , quod suscepere , ingenti cum fructu exerceant .

Singulis diebus festiis , Parochi sedeant in Ecclesiæ suæ Parochialis Confessionalibus , Parochianis commodum exhibentes ad frequentè confitendum , & communicandum ; nec choro Ecclesiærum diœcesis Matricium intersint , sed moram in propria Parochia faciant , sicuti in Civitate nostra observatur , alias distributiones

butiones non lucerentur, & tanquam absentes reputentur.

Libros habeant Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum, & Defunctorum, in quibus successivè ad Ritualis Romani formam, claris, & extensis characteribus adnotent adnotanda, quin abaco utantur, aliumque manuscriptum confiant pro singulis annis, & per quamlibet Dominicam Palmarum expleant, in quo animarum status distinctè describatur, quos omnes quidem libros in visitatione nobis, seu visitatoribus nostris exhibere teneantur, graves arbitrio nostro penas daturi, si illis carere quandoque deprehensi fuerint.

Edicia omnia, quæ ab hac Curia pro tempore emanant, vel Pastorales nostræ literæ, in librum reducantur, & ab his, ad quos diriguntur insimul assuantur, sicuti pariter Indulgentiarum Transumpta, Jubilæi, visitationis decreta, aliaque id genus, & construatur in Sacristia cujuslibet Parochialis Ecclesiæ armariolum pro illis servandis benè occlusum.

Pueros, cœterosque rudes adultos, alta, & vernacula lingua, maternoque idiomate doceant Dominicam orationem, ut quæ, & qualia petere à Deo debeant distinctè sciant, similiter crucis signum, Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Mysteria, Angelicam salutationem, decalogi, & ecclesiæ præcepta, septem Sacraamenta, attritionis, & contritionis actum singulis Dominiciis diebus, & festis ictibus campanæ præcedentibus ad prædictos convocandos, instruant, Si vero per tres continuas vices hoc munus obire neglexerint, præter divinam unctionem, sciant suspensionis poenam ipso facto se incurrere.

Cardinalis Bellarmini libello utantur in instruendis pueris ex constitutione Urbani VIII. 128, ex debito §. Religiosus. Nihilominus aliquo si fuerint legitimo detenti impedimento, substitutos eligant idoneos, qui defœtus eorum valeant supplere; idemque peragant parentes, & ludi magistri, scientes, quod perfectio discipulorum gaudium, & corona est magistrorum.

Parochi omnes saltem semel in anno coram nobis suarum Parochiarum statum sincere referant, gravioresque commissarum sibi ovium morbos fidèliter enarrant, ut Ezechielis Prophetæ voce admoniti: quod periit, requiramus: quod objectum est, reducamus cap. 34. v. 16. quod confractum est, allieamus: quod infirmum est, consolidemus: quod pingue, & forte custodiamus.

Enixè studeant pro suis orare ovibus, & sacrificium afferre Dominicis, & festis saltem diebus de præcepto etiam qui congruam non habent, proinde eleemosynam accipere penitus abstineant, & quæstuarę dictis diebus omnino illis prohibemus juxta conciliares Tridentini sanctiones, & sacræ Congregationis decreta.

Super gregibus inquirant sedulò suis, an in eorum degant Paræciis perditi homines, blasphemæ, publici fures, concubinarii, superstitiones, morum corruptores, usuram exercentes, bona ecclesiastica

Sac. Cong. Conc.
die 10. M. ji
1681. in Luca-
na, & 10. Maii
1692. in Mili-
ten.

Fagn. in cap.
fraternitatem
nu.94. & 95. de
sepultur.

32
occupantes , sive quicunque alii , quos quantum paterne , ac suavitè primum omni cum patientia ad bonam frugem reducere studeant ; tum acrius , & severius pro temporis opportunitate adinoneant ; si verò his adhibitis studiis , se nihil profecisse cognoverint , nobis vel nostro Vicario Generali contumaces denuncient .

Super gregem
Dominicum, In-
noc. III. in cap.
cum in firmitas
de penitentia &
remissione.

Cum aliquis eorum curæ commissus , in extremo vitæ discrimine sit constitutus , omnem parochialem charitatem diligentiam adhibeant , ut ægrotantem in via salutis rectè dirigant , & à nequissimi dæmonis insidiis , conatibusque tueantur , ac salutarium adjumentorum præsidio eum defendant .

Medici pariter sacris decretis , Pontificiæque Constitutioni Sancti Pii V. obtemperent , ad ægrotos nempe invisendos , curandosque non accedant post trinam visitationem , nisi ex confessarii scripto cognoverint , eos de peccatis esse confessos .

Noverint , quod præter fidei professionem obedientiae juramentum Sanctæ Sedi Apostolicæ , nobis , nostrisque successoribus exhibere teneantur , nec non conservationis , ac defensionis jurium , & bonorum ecclesiæ . Formula juramenti est sequens .

Ego N. N. provisus de Parochiali Ecclesia N. ejusque beneficio juro , & promitto obedientiam , reverentiam , & honorem Summo Romano Pontifici , ac Illustrissimo , & Reverendissimo Domino Archiepiscopo D. Damiano Poldo , & cuicunque ejus legitimo successori . Item juro , & promitto Ecclesiæ meæ particuliari fideliter deservire secundum oneris illi annexi exigentiam , & in ea personaliter residere ; juro item de bonis ejusdem Ecclesiæ , ac quibuscumque beneficiis inventarium , quam primum potero , me facturum , & intrâ menses quatuor Ordinario exhibituru cum debita designatione jurum , hypotecarum , limitum , & terminorum , necnon ea non venditurum , donaturum , pignoraturum , aut alio quovis modo contra juris dispositionem alienaturum ; immò alienata , & distracta pro posse recuperaturum , & Ecclesiæ , ac beneficii jura defensurum . Sic me Deus adjuvet , & hæc sancta Dei Evangelia .

Parochorum heredibus mandamus , quod iis funeratis sub pena excommunicationis consignent , & consignare debeat noviter provisis omnes scripturas , & quæcunque alia , ad Ecclesiæ pertinentia .

C A P U T X I .

De Vita , & honestate Clericorum .

Cum Clerici ex limo terræ in altiorem sint sublati locum , morum honestatem ita ante oculos habere debent , ut seipso tanquam exemplum purioris vitæ laicis exhibere possint , qui in eorum

rum actiones quali agnum ad lagitatem possum intendi; ³³⁸ quati- cap. qualiter, &
do eos labi animadverterint: ubi est Deus Clericorum? protinus quando de accu-
exclamat: idcirco, ut eorum vita statui correspondeat; se- sat: cap. magna
quentia specialiter cavaenda præcipimus. devotu.

Nemo igitur ex Clericis, qui in fortē Domini vocati fuere, vi- cap. episcop. dist.
ta quorum non solum animi puritate, sed etiam in exteriori ve- 33. cap. Presby-
stium compositione consistit, ne quidem baccanalibus diebus per- teri distin. 34.
sonatus incedat, chœras ducat, aut spectet sub poena nostro ar- Conc. Trid. sess.
bitrio infligenda.

Nemo mulierem ullam, nisi mature ætatis, & ad finium an- 24. cap. 12. cap.
norum quinquaginta, ancillæ, seu famulæ nomine domi reti- Clerici de vit.
nere audeat, neque extranearum fœminarum ædes, illarumque & honest. Cle-
familiaritatem ullatenus frequentent, memores Hieronymi ver- ric.
borum: *Hospitolum suum aut raro, aut numquam mulieres pede*
terant. Omnes pueras, & virgines Christi aut equaliter ignorant, In epist. ad Ne-
aut equaliter dilige, ne sub eodem testo mansites, nec in præterita potian.
castitate confidas, & hoc sub poenis in editio nostro emanatis, in
appendice apposito.

Nemo Ecclesiasticorum mutuans nummos cum pignore, vel sine pi- 81. cap. is igi-
gnore, septem, aut decem pro centenario exigat, mandamusque, tur dist. 23. cap.
ut à tali se abstineant contra dictu, utpote illico, & sciant hanc, interdixit 32.
quamlibet aliam negotiationem esse illis prorsis veritam, Hiero- dist.
nymo elemosina negotiis Clavias, quamdam pestem, fuge.

In ordinibus minoribus constituti, vel etiam clericali tonsura tan- cap. ex literis,
tum initiati, in Sacramentorum Baptismi, & Confirmationis ad- de vit. & bo-
ministratio, patrini munere, sine nostra expressa licentia, mi- nest. Cleric.
nimè fungantur, sub poena ducatorum decem, & aliis nostro ar-
bitrio infligendis.

Secunda noctis hora pulsata, per Civitatem, & loca, Ecclesiastici non act. Eccles. Me-
vagentur, nisi aliter urgens, justaque causa suadeat, & tunc cle- diol. de vit., &
ricali habitu decenter induti, incedant, rectoque tramite de loco honest. Cleric.
ad locum, & numquam sine lumine, sub poena ut in editio in cap. cum deco-
appendice. rem de vit., &

Fidibus canere per vias, & plateas nocte non audeant, neque ca- honest. Cleric.
nentes comitentur sub poena nostro arbitrio infligenda.

Feminas cujuscunq; conditionis legere, scribere canere, aut so- act. Eccles. Me-
nare, docere non presumat, nisi à nobis licentia impetrata, re diol.
re serio, & mature perpenfa, sub poena carolenorum quindecim pro qualibet vice pīs usibus applicandorum.

Ludis alearum, taxillorumque minimè indulgeant. Dicitur enim Tobiae 3. *Mundam servavi animam meam, quia numquam cum hu- dentibus miscui me.*

Capillos Clerici ne gerant calamistratos, nec supra frontem emi-
nentiores, neque in aliqua capitis parte reliquis longiores, ton-
furam suis gradibus convenienter gestent, cōnam ne nutritant,

Gloss. in clavis.
de virtutib; benefic.;
Clarit. in verba.
& tonsuram.

34

mensuramque tonsoris servent, ita ut non modo extremitates aurum detegat, sed etiam, ne in temporibus, & occipitio longius producatur, ne ullo pacto collare etiam cervicis partem respiciens cooperiat, sicuti nec capilli coronam clericalem contengant; Si secus fecerint, & hac nostra synodali constitutione moniti non resipuerint, omni personarum exceptione remota, ultra canonicas animadversiones, in arbitrarias usque in suspensio nem inclusivè à nobis declarandam incident. Quoad reliqua clericorum vitam, honestatemque respicientia, Synodus secundam Reginam ab Illustrissimo Domino Archiepiscopo D. Matthæo de Januario Prædecessore nostro exaratam, confirmamus.

C A P U T . XII.

De Divinis Officiis.

Rerum omnium sapientissimus opifex, ut non minus ab Angelis in illa cœlesti Hierusalem glorificaretur, quam in Ecclesia planis, simplicibusque modis ab hominibus collaudaretur, eidem Ecclesia sum pugcepsit, postquam illam sibi sponsam in sanguine copulavit, ut in ea suprema aeterni Numinis Majestas celebretur. Ideo quicunque debent in æde sacra psallere, pietatem egregie colant, ut labiorum Sacrificium Domino confitentium religiose offerant.

Canticz.

~~Exordium psalmorum, cum illa ecclesiæ hymnodia conveniat,~~ juxta illud, quod canit Ecclesia: Illi canentes jungimur almae sonus cœuli; magna diligentia curandum est, ut per distincta interylla cuncta semper procedant consona, nihil sit dissonum; tum quia hoc sponsus requirit, vox enim tua dulcis, cum etiam quia experientia magis latius perspicuum sit, homines ad Ecclesiam alii sacro magis psallentium concentu, quam ministrorum officio.

Quapropter meminerint omnes chorus interessentes, eos latere numquam debere, officium divinum persolvendum alteris vicibus canendo, recitando, attenteque audiendo. Itemque leniter distinet, ac studiose socios non præveniendo, vel immorando, sed eodem tempore ad syllabam, & tono vocis unisono modulando, nec unus chorus versum incipiat, priusquam alter suum compleverit.

Nemo è choro, licet, mox redditurus, discedat nisi divino exemplo officio, & si necessitas aliter exegerit, a chori Præfecto veniam petat.

Sacrista, vel Clericus, si contigerit ex necessitate per Ecclesiam incedere, graviter, & modeste id agat, neque colloquatur, aut altiori voce, aut de rerum inanitate.

In Litanis majoribus, aut B. M. V. Sancti aut Sanctæ aliquibus, nequi-

negridem Patroni nomen addatur ; quemadmodum nonnullis in locis abusus invaluit.

Dum divina celebrantur officia , nullus cum alio colloquatur , nullus in choro legat aliquid , quod ubi asteriscus est , debita fiat discretio , & pauca ; vocis vero modulatio sit diversa in canenda epistolam , vel evangelium ad punctum interrogans , ad punctum finale , ac ad gemina puncta , ut in epistola v.g. Beati Pauli Apostoli ad Hebreos in tertia Missa Nativitatis Domini , & propriè in illis verbis : *¶ tu in principio Domine terram fundasti : ac proinde cani non debet , ac si diceret . Et tu in principio Domine terram fundasti .*

Nemo , irreverenti modo , aut divaricatis cruribus intersit , neque femur supra femur apponat .

Nemo rideat , vel dormiat , aut aliud quidpiam indecorum faciat .

Contra facientes meminerint , fe choro non satisfacere , neque quotidianas lucrari distributiones .

Tandem in recitatione divinarum horarum recognitent visionem illam relatam à Sancto Antonino p. 2. tit. 9. cap. 13. §. 3. de quodam Patre Sancto , cui videnti in choro dæmonem , multa imponentem facco , & quid imponeret interroganti ; syllabas & verba , respondisse , quæ hi vel omittunt , vel deglutiunt inter dentes , vel versus incipiunt , antequam ii , quibuscum recitant , alios absolvant , vel male pronunciant , ut illos ejus rei in iudicio accusaret .

Qui vult præmature & ante diem matutinum cum laudibus recitare pro sequenti , ne scrupulis illaqueetur , sed tutò agat , rectè sciat horas computare pro quounque anni tempore à meridiie usque ad occasum , & transacta dictarum horarum medietate , posse matutinum diei sequentis recitare . E.g. in æstate meridies hora est decima sexta , & sic remanent horæ octo ad solis occasum ; transactis horis quatuor , & sic hora vigesima , licet erit matutinum recitare . In hyeme meridies hora decima nona est , quam post remanent horæ quinque ad noctem ; medietas harum , cum duæ sint cum dimidia , matutinum poterit hora vigesima prima cum dimidio recitare , & sic ante horam vigesimam secundam .

Tandem divini officii recitatio sive sit diurna , debeat esse clara , studiosa , & devota , sive sit nocturna .

Dum privatæ peraguntur functiones , quibus nos interesse volumus , recentiores in choro reperti . Sacerdotes , nobis interessentibus , libri gestatione & candelæ studiose ministrant ; in functionibus vero pontificalibus schedulam fieri , & in ea Sacerdotum nomina describi , qui Pontifici tenentur inservire celebranti , atque ad valvas Sacristiæ affigi mandamus .

Tempore , quo celebrantur officia , minimè horas , vel officium B. M. V. aut aliquas devotiones privatè recitent , scientes si fecerunt facient , nec choro satisfacere , neque distributiones lucrari .

36

Ux in choro servetur uniformitas ; vestes stent ; quando standum est , genua submittant , quando submittenda sunt , sedeant , quando sedendum est , nec stent , sedeant , aut genua submittant , quando minime standum , submittendum , aut sedendum est .

P A R S . I I .

De Sacramentis .

C A P U T . I .

De Sacmentorum administratione .

Cum neque sola fide , neque operibus , que sive per humanæ naturæ , sive per legis doctrinam fiunt absque divina per Jesum Christum gratia , homines coram Deo justificari valeant , & iustificatio gratia sit , que in Sacrementis novæ legis ab eodem Christo Domino institutis significatur , & continetur ; sequitur , ut de hujusmodi sanctis ticeles Sacraentis , que necessaria sunt , congrua ratione differantur .

Septem igitur sunt Ecclesiæ Sacraenta , per quæ omnis veritas regitur , vel incipit , vel copta augetur , vel amissa reparatur . Baptismus videlicet , Confirmatio , Eucharistia , Pœnitentia , Extrema uictio , Ordos , & Matrimonium . Verum proutquam singulare sacraentum a multis operibus ; nonnulla ad rectum seruum usum , & administratione pertinentia statuenda duximus . Proprium est Parochorum rotundum , de ab eis deputatorum . Sacraenta administrari ; aded ut nemini licitum fiat absque nostra , vel noscitur Vicarii Generalis licentia in hujusmodi administracione sese imponere , quam etiam Parocco notificare tenebitur ; exceptis magna necessitate casibus , in quibus haud licentia exigitur .

Parochi vero gravibus verbis , & Spiritu Dei plenis eorumdem Sacraementorum ministro , efficaciam ejus rectum usum , & requisitam dispositionem ad illa dignè recipienda in medietate proferant ; atque sacerdotum & reliquarum ministri ritibus conferantur in Rituall Romano prescriptis , quos permissus haberi volumos . Quodnam non recipiatque non ministrandum Sacraementorum administrationem , quod si non in causa subgravissimis potest in conciliarii sanctione dispensari , & postea illas oblatibes pletatis ; vel extenuatus , ministrari pro labore cum usu traxit , pertinetius .

Hoc ministraturi Sacraenta , ministrerint se digni animi peritatem exprimere esse paratos , sed que maxima punctualis sanctitatem , iusta iuramenta , officia tamq[ue] iudiciorum Missarum , si ministrantur , tollerent , inquit Sanctorum Augustini mundi enim deesse , qui dicitur postea . Dicitur postea ut eccepsit ad ea quae consecuta

Conc. Trid. sess.
7. can. I.

Conc. Trid. sess.
24. cap. 7. de refor.

lib. 2. contra
Parmen. cap. 10.

37

secuta sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino; Et rur-
sus Augustinus: non administrentur, nisi bene dispositis: non Chri-
stiane fidei rudibus, & ienaris, non armigeris viris, nisi arma-
prius deponant, & uno verbo, omnibus denegentur, quos absque
debita honestate, & reverentia ad ea suscipienda minime pudet ac-
cedere.

C A P U T I I .

De Baptismi Sacramento.

Vite christiana principium janua Sacramentorum, & prima post
humanae naturae naufragium tabula baptismus recte a PP. fuit

appellatus, ad gloriam aeternam maxima necessarius, Dominus di-
cente: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non*
potesse intrare in Regnum Dei. Parochis ergo mandamus, ut Sacra-
mentum hoc à Nazianzeno caelis regni clavem appellatum, su-
cè religioseque administrent.

Extra necessitatis casum Parochi solummodo, vel ceteri de chiesa
licentia solemniter Sacramentum hoc administrant, & in propria
Parochiali Ecclesia, etiam si nobili procreati genere doprehendan-
tur infantes. Et qui contra fecerit, nedum penas nobis arbitri-
tia, patiarum, sed ulterius excommunicationis, gladio foriqueret.
Item extra necessitatis casum abique nostris, vel nostri Vicarii
Generalis licentia, non sunt adulti baptizandi.

Si Sacramentum hoc baptismatis ad administrandum contigerit a Sabba-
tho Sancto usque ad Dominicam in Abbe, & à vigilia Pentecostes
usque ad Trinitatis Dominicam in nostra Metropolitana Ecclesia,
nobis denuncietur, eosdem baptizetur, nisi aliquo prospediti
fuerimus impedimento.

Parentibus imponimus quantocius infantes, & saltum intra tres dies
sub poena excommunicationis, ut baptizari eurent.

Peracta hujus nostræ synodalis constitutionis publicatione teneri
mandamus, Parochios obstetrices districtus suarum Parochiarum
convocare, & sufficienter eas instruere de materia, forma, &
ritu baptismatis, ne aliquando deficiant cum animarum pernicie.
Noverint imposterum mulieres obstetricis officium sibi assuntere,
minime posse, nescientiam a nobis in Urbe, & in Diocesi à Vicariis
foraneis obtinuerint, praetito juramento prius de huiusmodi enc-
quendo gratis erga pauperes inopes officia sub poenis arbitrio
nostro.

Obstetrices, vel alii, si ex necessitate, natos baptizaverint, illi
vero periculo supervixerint, non ita facile rebaptizontur, nisi
facta perquisitione de forma, & ritu, quo baptizati fuerint, ut
si rite esse baptizatos certe constet, omnis supplementum sin-
tus rite, Parochi baptizare perseruantur. Clavigero Linceo iei-
ne Collato

cap. quos, et cap.
ht vera de con-
sacr. dist. 4.
cap. se quis 1.
quest. 1.

Collato jam baptismo non protrahant Parochi ultra triduum impositum infanti nomen , & cognomen parentum etiam , & suscipientium , necnon annum , & diem per extensum , non verò per numeros in libro baptizatorum adnotare ad formam Ritualis Romani ; idemque servari volumus in confirmatis , matrimonio copulatis , & defunctis .

*Trid. Jeff. 24.
cap. 2.*

Sit Ecclesiæ Parochiali fons baptismalis , qui lapideus esse debeat , potens in totum aquas detinere cum sui cooperculo ovato , parvula cum Imagine Sancti Joannis Baptiste , Christum baptizantis in vertice ; ex parte verò exteriori velo decenti circumveitiatur albi coloris , saltem sub serico , & ex parte interiori circumvestiatur eodem panno . Argenteum , vel stannneum sit cochlear ad fundendam aquam in caput baptizandi intùs ciborium .

Fontis baptismalis conserventur vascula cum Sacris Oleis cathecumenorum , & chrisimatis suis inscriptionibus distincta , ut in promptu reperiantur pro hujus Sacramenti administratione . Salinum pariter cum sale attrito , & benedicto , pelvis ad excipendam aquam , & alba vestis ad modum pallioli , ac linteamine , ad detergendum caput infantis , nulli alteri usui applicanda , sed in Sacrario postea comburenda .

Demum baptisterium sit cancellis circumseptum , serisque firmissimis claudi , strictissime injungimus .

Infantes expositi , etiamsi per schedulam baptizatos fuisse referatur , sub conditione nihilominus rebaptizati volumus , idemque nomen imponatur , quod in schedula notatum est , & in librum baptizatorum eadem schedulae verba referantur .

Parochis mandamus in baptismi collatione , eos , nonnisi Sanctorum , & Sanctorum nomina infantibus imponi permettere . Si vero patrini nomina imponere velint gentilitatem redolentia , ipsi Parochi non acceptent .

*Can. parvulos
cum trib. seqq.
de consec. dist.
4. can. de quibus
de Baptismo .*

*Rit. Rom. Conc.
Provin. Neap.
& Mediol. Cath.
Rom. cap. 2.*

Current Parochi , ne quisquam filiorum diminuto vocitetut nomine à parentibus , vel aliis , v. g. Ciccio per Francesco , Cola per Nicola , & sic de aliis ; ut Sanctis , quorum gerunt nomina , religiosus cultus exhibeat .

Baptizandorum catechesis extrà , & non intrà Ecclesiam fiat : baptismus verò propriè in Ecclesia . Dum baptismus actu confertur , vel immediate post , eo peracto , nummos , aliaque dulcia , vulgo confetti intrà Ecclesiam disseminari prohibemus .

*Can. consulisti
2. qu. 5. cap. de
infanib. de his
qui filios occide-
runt.*

Completo baptismo , Parochi obstetricem moneant , ut parentibus denunciet , ne aut ipsi , aut nutrix , aut quicunque ante expletum annum infantem in lecto retineant , nisi adhibita debita cautione ad vitandum periculum suffocationis infantis ; si autem parentes hujusmodi cautionem adhibere neglexerint , & infantes vera suffocati fuerint , excommunicationem ipso facto incurrit , à cuius vinculo non absolvantur , nisi gravi poenitentia castigati . Hujus rei causa expresse interdicimus sub reatu peccati nobis refer-
vati ,

38.

vati , ne mares post decimum compleatum annum cum mulieribus consanguineis , vel affinibus in primo , vel secundo gradu condormiant .

Hortamur puerperas omnes post partum , ut ad Ecclesiam accedant .
& suscepimus Deo prolem devotissime offerant . illigique graties agant . petentes à Sacerdote benedictionem , prout in Rituall Romano .

C A P U T I I I

De Sacramento Confirmationis

Quamquam per baptismatis Sacramentum in domesticorum Dei numero adscripti sumus ; tamen quia non modo adversus carnem , & sanguinem , verum etiam adversus fideli persecutores , demonisque insidias colluctari debemus , Christus Dominus secundum chrismatum inungi nos instituit , ut fortiores redditi , omnia negligissimi hostis tela retundere possimus ; in baptismo episcopali .

ad ephes. cap. 6.

16.17.

de consec. dist. 5.

Can. Spir. San-

ctus.

Nudus ergo hoc Sacramento munitus ad illud denuo suscipiendum accedat .

Non confirmati , infames , vel publice criminosi nequamnam ad Patriniorum munus fungendum admittantur .

Concubinarii pariter , adulteri , & qui non communicaverint inter Paschate à patrinorum munere repellantur .

Genitores nullimode sint susceptores .

Plures patrinos in hoc Sacramento admitti omnino vetamus , sed unum tantum Compatrem , vel Commatrem admittimus .

Confirmandi frontem bene tergant , capillosque aptè componant , orationem Dominicam , Angelicam salutationem , symbolum & præcepta decalogi rectè elicant .

Patrinus ejus dexterum brachium teneat , & Episcopo afferat obsequandum .

Quamquam pro Sacramenti hujus susceptione nulla prescribatur zetas , congruum nihilominus valde est septenario minores haud admitti , quia per Sacri Chrismatis virtutem ad christianam militiam , spiritualemque agorem roboramur , ad quod pugna exercitus pueri rationis usu carentes , idenci non videatur , tum etiam , ut Sacramenti virtutem scire valent , suscipiuntur , recormentur .

Conc. Lataren.

III. can. in bap-

tismata de con-

sec. dist. 4.

C A

C A P U T IV.

De Sanctissimo Eucharistiae Sacramento,

Christus Dominus, ac Salvator noster fideles omnes per baptismum renatos, & in confirmatione adversus hostes armatos, cœlesti voluit cibo ali, & sustentari, ne in miserae trujus peregrinationis nostræ ad patriam via deficiamus. Idcirco Augustissimum Eucharistiae Sacramentum instituit, in quo sub panis, & vini speciebus, corpus, & sanguis ejus realiter, & substantialiter unâ cum anima, & divinitate, atque adeo totus Christus continetur; unde non immerito à Divo Dionysio consummatio, & perfectio omnium Sacramentorum dicitur, quia non solum est gratia hominibus conferenda signum, sed etiam in se totius gratiae authorem continet, ut pane de caelo præstito in vitam enutriamus aeternam. Nostræ sollicitudinis ergo Pastoralis erit procurare tam eximii erga nos amoris sacratissimum pignus religiosissima veneratio colli, & maxima reverentia tractari.

Animalium Rectores, ne quis temere ad cœlestem hanc mensam, accedat, & manducando indignè, iudicium sibi manducet, non discernens Corpus Domini, populum illud Apostoli accurate edocet: probet autem seipsum Homo, & sic de parte illo edat; ac deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, siue modo geniti infantes, crescant in salute.

C A P U T V.

De Sacramento Pœnitentiae.

Per salubria baptismatis lavacra, peccati originalis tabe cœlestis Medicus nos liberavit, per chrismati unctionem communivit, per sanctissimæ Eucharistie alimoniam nos quotidiæ nutrit; conscientiam tamen imbecillitatis nostræ nos in criminum morbos frequenter lapseros, & relapsuros agnoscit; & ne opportuno destituemur remedio, Pœnitentiae Sacramentum instituere voluit, cuius via pristinæ possemus restituiri sanitati, amissamque gratiam recuperare. Quoniam verò à Sacerdotibus hoc Sacramentum administrandum est, eisdem imponimus, ut magna fidilitate saluberrimam hanc medicinam dispensent, justamque pronœhient sententiam.

Parochi modum faciendi attritionis, & contritionis actum pueros doceant. Confessarii pariter in actu Sacralis confessionis Pœnitentes de actu attritionis prius, postea verò contritionis exadiant, currentque verè à Pœnitente attritionis actum fieri, deinde ipsum ad actum contritionis preparare; ut si forte in contritione deficiat,

Conc. Trid. sess.
13. c. I. de Sac.
Each.

1. Corinth. II. v.
29.

1. Petri 2.

psal. 102. v. 14.
Conc. Trid. sess.
14. cap. I. de Sac.
Pœnit.

41

Saltem cum vera attritione recipiat absolutionem , cuius attritionis actus tenor est sequens.

Onnipotente mio Signore io mi pento di tutti i miei peccati per la bruttezza loro , perche colli medesimi ho acquistato l' inferno , ho perduto il Paradiso , e la vostra grazia , proponendo mai piu offendere la vostra Divina Maesta . Contritionis verò tenor est.

Iddio e Signor mio per esser voi sommo , infinito , e perfettissimo bene , vi amo sopra tutte le cose , e perciò di vero cuore mi pento , e dolgo di avervi offeso con tanti miei peccati , tutti gli abborrino , e gli detesto più di ogni altro male , me ne dispiace , e ve ne chieggio umilmente perdono , fermamente proponendo col vostro Santo ajuto di non offendervi mai più nell' avvenire .

Sacerdos vestibus Sacerdotalibus indutus pro missa celebranda sua peccata confiteri non audeat , neque illa Confessarius auscultet .

Confessarius schedulam ab ipso subscriptam apud ægrotantem de auditâ sacramentali confessione relinquat ,

Instructio pro pueris primò ad Sacramentum Pœnitentiae admittendis in appendice hujus Synodi habetur ; illamque ergo ante oculos Parochi habeant pro instructione puerorum .

Regulares ad examen pro confessionibus audiendis non admittantur absque approbationis testimonio eorum Superioris .

In locis ad audiendas confessiones destinatis nulla misceantur colloquia .

Atrociora quædam , & graviora crimina non à quibusvis , sed à summis duntaxat Sacerdotibus absolvuntur , ut effrænatus scelerum cursus compescatur ; unde non immeritò Pontifices Maximi pro suprema potestate in Ecclesia tradita sibi , causas aliquas suo judicio reservarunt , quæ quidem reservatio non solum in externa politia , sed etiam coram Deo vim haberet . His nos Conciliorum statutis inhærentes , infrascriptos casus nostro judicio servavimus .

s. c. Trid. sej. 14.c. 7.c. si Episcopius 2.de Pœnit. in 6.

CASUS RESERVATI CUM EXCOMMUNICATIOE.

B Lasphemia nominis Dei , & B. M. V. in loco publico , vel in non publico ultrà tres vices .

Haereticalis blasphemia .

Magia .

Homicidium voluntarium patrare , sive consulere , vel auxilium , vel favorem dare , secuto tamen effectu .

Incendiare campos , bona Ecclesiarum , vel pia loca .

Falsum in judicio deponere etiam ad reorum defensam .

Usura .

Inducere , vel induci permittere pecora , aliaque animalia in pascua , vel segetes , aut arbusta cujuscunque generis Ecclesiarum , vel piorum locorum .

F

Im-

Impedire testari , vel codicillari ad pias causas .
 Colloqui cum monialibus , aliisque in Monasteriis earum , sive in Conservatorio educandarum existentibus de rebus obscenis .
 Praeceptum Paschatis non adimplere usque ad Dominicam in albis .
 Fabricare , tondere , & radere monetas , & ad id auxilium , consilium , vel favorem dare .

CASUS RESERVATI ABSQUE EXCOMMUNICATIONE.

PEccatum Sodomiticum inter masculos supra etatem quatuordecim annorum .
 Coecubinatus ultra tres menses .
 Coitus cum brutis , vel pagani mulieribus .
 Procurare abortum , etiam si foetus non sit animatus , secuto effectu .
 Incæstus usque ad secundum gradum consanguinitatis , vel affinitatis ex copula licita , & usque ad primum ex copula illicita .
 Copula carnalis cum sponsa de futuro .
 Virginis defloratio cum promissione matrimonii .
 Non scribere integrè acta judicialia ex officio Actuarii , vel dicta testium .
 Notariorum , aliorumque scribentium negligentia non denunciantium legata ad pias causas ultra duos menses , nisi tamen eisdem de legatorum satisfactione constititerit .
 Conferre , aut scribi mandare , consulere , vel deferre epistolam , vel supplicem libellum falsum contra aliquem continentem , sive absque nomine , sive cum nomine supposito ad superiores tam ecclesiasticos , quam laicos .
 Colloqui cum monialibus , aliisque in Monasteriis earum , sive in Conservatorio Educandarum existentibus absque nostra speciali licentia .
 Inducere , vel induci permettere pecora , aliaque animalia in pascua , vel sagetes , aut arbusta cuiuscunque generis quarumcunque personarum . In casibus delicti carnis non comprehenduntur mulieres , nec ante pubertatem masculi .
 Mandamus omnibus , & singulis Confessariis tam secularibus , quam regularibus , juxta decretum felic. rec. Urbani PP. VII. ut perlegant Bullam Constitutionis Gregorii XV. Universi Domini gregis contra solicitantes in confessione , & sciant poenas impositas .
 Sciant confessarii omnes tam seculares , quam regulares suspenſas , & sublatas esse omnimodam facultatem absolvendi poenitentes .
 Aliisque sexus ab illis ordinatis , iuribus (quod Deus avertat) ipsi .

ipſi confeſſarii fuerint complices cum ipſis, in materia nempe ne-
ceſſaria contrā ſextum Decalogi praeceptum.

C A P U T . VI.

De Sacramento Extremæ Unctioñis.

Quemadmodum piissimus Redemptor noster nobis quovis tempore voluit aduersus omnia inimici tela, ſalutaribus remediiſ opitulari; ita in ultimo vitæ discriminē nosque non desit contra eundem calcaneo nōſtro infidiantem, Sacri Olei extrema unctione tanquam firmiſſimo quodam praeſidio roborare: idcirco parochi in hoc ministrando Sacramento, quæ prædefinita ſunt ex Romano Rituali recte calleant.

Miniftretur autem ſemper a Parochiſ, eorumque ſubſtitutis, vel ipſis impeditiſ, ab alio Sacerdote, obtenta priuſ eorum licentia. Regulares vero, niſi in caſu neceſſitatis curam animarum non habenteſ, excommunicationis ſententiam ſe ipſo facto incurfuoroſ meminerint, ſi hoc miniftraverint Sacramento.

Campanæ ſonum, & diverſum ab illo, dum ministrandum eſt viaticum ad ſacram peragendam unctionem præcedere mandauit, ad hoc, ut fideleſ ad orandum pro infirmis excitentur.

In vigiliene ~~quodam tempore~~, ut agrotiſ, integris ſunt ſenſibus, extrema unctio miniftretur, ut majori cuma devotione, & uberiori fructu recipiatur. Vas Sacri Olei pro ſacra ministranda, unctione abſque lumine non deferatur, & uno ſaltem comite crucem non hæſta affixam, ſed in manibus præferendam de- ferente.

Meminerint Parochi hoc ministraturi Sacramento, ne nimis properi ſint, neve nimis tardi, graviflme enim peccant, ſi tempus ungendi agrotos proprium differant. Similiter parentum, ſeu propinquorum infirmi precibus non acquieſcant rogitantium, ut ſacræ unctionis miniftationem differant; nec eorum flecantur contradictionibus, ſed eorum conſcientiæ, & agroti animæ conſulant, iſumque hoc Sacramento muniант.

Animarum Rectores hoc ministraturi Sacramento, quamvis multipliceſ unctionem non fervanteſ contrā Eccleſiæ ſolemne ritum faciant; ac proinde peccant, nihilominus in caſu urgentis neceſſitatiſ, & imminentis mortis, cum moribundus jam iam adiutorius animam orantes quinque unctiones non poſſit recipere, poſteſ unumquemque celeriter inungere ſenſum, ita ut forma omnium quinque ſenſum mentionem faciat hec modo: per iſas ſanctas unctiones, & ſuam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per dēſum, auditum, odoratum, gulfum, & tactum deliquisti; quin immo, ſi urgentiſſima eſſet neceſſitas, poſſet ita dicere: per iſas ſanctas unctiones, & ſuam piissimam misericordiam

Clem. I. de mi-
niſi.

Clem. Religiosi
de privil.

Clem. dudum de
Sepul.

Conc. Proviſ.
Marii Carafa
hoc tit.

Ritual. Rom. in
rub.

* hoc ab con-
ſti. 5 pape:
vob. R. Car.
Carafa an.
1567.

indulgentia tibi Deus quidquid deliqueristi per visum; auditum, odoratum;
&c., ut infirmus, si non expleta forma desedat, quod probabili-
lissimum est, hoc Sacramentum recipiat.

Oleo benedicto licita sit adjunctio olei non consecrati, & in qua-
cunque magna quantitate, dummodo additio fiat non unica vice
in majori quantitate, sed pluribus distinctis viciis, seu, ut
ajunt, guttatum, & semper in minori quantitate.

C A P U T V I L

De Sacramento Ordinis.

*psal.81. & 104.
I.Petri 2.*

*Luce 1. 14.
Luce 24.19.*

ad heb.5. v.4.

Dignitas, ac maiestas tanti hujus Sacramenti quanta sit, ex
hoc tantum detegitur; Sacerdotes enim in Scripturis sanctis,
Dii, & Christi appellantur: quapropter, ut majori cum vene-
ratione Sacramentum hoc administretur, ministros in sanctitate
ambulantes, nec non doctrina fidei, & Sacramentorum ritibus in-
structos ad dandam scientiam salutis in remissionem peccatorum
volumus esse eligendos.

**Ecclesiastica milites adscribi cupientes, sciant neminem aspirare
debet, nisi qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Curet ergo Pa-
rochus, dum Sacraum recurrant ordinationum tempora, ut Po-
pulus specialiter oret, quatenus Deus non nisi dignus promove-
rat pro sancto sui ministerio utiliter peragendo; proinde illum
ejunia separa, utpote qua in-
stituta ad humana castiganda corpora, atque ut poenitentiae operibus
excitetur Deus idoneos in Ecclesia deligere ministros.**

Licentiam à nobis prius cum memoriali obtineant, ut eorum no-
mine agrotum publicè in Ecclesia ter exponat populo loci Paro-
chus tribus Dominicis, vel Festis de præcepto. De ordinandorum
mortibus a viris fide dignis exactè inquirant, testimonialesque lite-
res, quae interius juratas esse debere, ad nos transmittant,
alias promotores ad tonsuram, vel minores, & collatorem ab or-
dinum collatione per annum suspensionis penam noverint incur-
furos ex declaratione Sacre Congregationis 32. Julii 1623. Jurisd.
Roma. Neap.

PRO PROMOVENDIS

Attestationes haec, qua sequuntur requisita, contingant

PRO CLERICALI TONSURA INITIANDIS.

AN initiandus ad studium sit propensus, & ingenio polleat ad
scientias Clericali statui congruas capessendas.
An bona sit indolis.
An Sacramentorum sit frequens.

An

- 43
- An erga Sanctissimum Sacramentum sub Altare expositum , & pro Viatice deferendum devotionem nutriat .
 An arma deferat , negotiis saecularibus se immisceat , iudicis illicitis , aut comœdiis profanis vacet .
 An exposcat in fortem vocari Domini , ut forum laicale declinet , ac gabellas regias defraudet .

PRO RELIQUIS ORDINANDIS .

- A**n habitum clericalem dimiserint , & an tonsuram proprio gradui congruentem gestaverint .
 An laicarum personarum servitio sint mancipati , & an vile aliquod officium exercuerint .
 An majoribus Ecclesiastice militia addictis , obsequentes fuerint .
 An tabernas , & officinas frequentaverint .
 An laxioris vita hominum familiaritate usi fuerint .
 An domi mulieres retineant , & cujus gradus illæ sint , & consanguineæ , vel affines .
 An Ecclesiæ , cui fuerunt addicti , servitium præstiterint .
 An frequentes in templo fuerint , & præsertim cum Corpus Domini cum super Altare reperiatur expositum , vel ad infirmos celebri pompa circumferatur .
 An Parocho auxiliarii manum in catechismo pueris instruendis præbuerint .
 An arma tractaverint , & an negotiis saecularibus sese immiscuerint , iudicis , & comœdiis vacaverint .
 Et ut Populum non lateat quidquid ab eo inquiritur , explicit quandoque Parochus , quinam sint , qui aut defecti , aut viatio ab ordinibus arceantur suscipiendis , nempe neophiti , id est in fide recentes , illegitimi , stulti , insigniter deformes , epyleptici , demoniaci , infames , usurarii , perjuri , criminosi , solemniter paenitentes , ebriosi , abstemii , nempe qui vinum non bibunt , natu minores , rudes , & ignari , lapsi post ordinem in fide , peregrini , bigami , mortis , aut mutilationis autores , aut mortis sententiam vel mutilationis tulerunt , qui officium aliquod publicum administrarunt , & rationem adhuc reddere tenentur ; qui matrimonii data fide obligantur ; qui aliquem ordinem suscepserunt , aut exercuerunt tempore , quo censura erant Ecclesiastica irretiti , ante tempus , & per saltum promoti , suspensi , interdicti , excommunicati .

TESTIMONIA PRO PRIMA TONSURA .

- I. **D**e Baptismo , confirmatione , natalibus , & ætate .
 II. **D**e Vita , moribus , doctrinæque christianæ frequenti afflentia .

III.

46
III. De Schola .

- IV. De sufficienti titulo patrimonii , aut beneficii , ad quod sit iam aratus .
V. De denunciationibus factis in Ecclesia suæ Parochiæ .
VI. Quod non sit in Ecclesiasticis , aut sacerularibus Curulis de aliquo crimen inquisitus .
VII. Quod nullum cum laicali Universitate , & Regia Curia debitum contraxerit , vel si contraxerit , quod ab eo jam fuerit absolutus .
VIII. Quod in Curia Ecclesiastica , aut sacerulari non sit conventus tanquam de re aliena notabiliter pressus ; vel de aliqua publici officii administratione rationem redditurus .

PRO MINORIBUS ORDINIBUS .

- I. **D**E prima Tonsura , & ultimo ordine suscepito .
II. **D**E vita , moribus , & habitus clericalis gestatione .
III. De frequenti perceptione communionis .
IV. De frequentia ad Doctrinam Christianam .
V. De exercitio ordinum susceptorum , & servitio praestito Ecclesiæ , cui fuit adscriptus , nisi studiorum causa absens fuerit .
VI. Quod non sit in ecclesiasticis Curulis de aliquo crimen inquisitus .
VII. De Schola .
VIII. De frequentia ad disceptationes de casibus conscientiæ .

PRO SUBDIACONATU.

- I. **D**E ultimo minore ordine suscepito .
II. **D**E denunciationibus in Ecclesia Parochiali , ut supra factis .
III. De pacifica possessione patrimonii , sive alterius tituli , & fructuum perceptione .
Et ad omnem fictionis , & falsitatis suspicione in , quæ super ejusmodi patrimonii titulo evenire posset , removendam . In januam in Urbe , quam Diœcesi , Parochialis Ecclesiæ affixa schedula pendeat , in qua bona in patrimonium assignata , descripta sint cum nominibus & cognominibus donantium , annuis redditibus , qui ad triginta ducatos Regni (deductis oneribus , & expensis) anno quolibet ad minus ascendant ; sub praeepto , quod quilibet sub poena excommunicationis ipso facto incurrienda Parochio revealare teneatur : An bona illa , ut praesertur , sint propria donantium , vel aliis sint obligata : an litigiosa , vel non pacifice possessa , & cujus sint redditus ; ~~an donatio sit vera~~ , vel simulata , & an inter donantem , & donatarium aliquid intercesserit pactum de illis restituendis , & in singulis rationabiliem redditus causam scientia : clauso vero publicationum præmissarum termino cum sde affixionis & defixionis in informationibus inferatur

tur cum attestatione , quod nihil , vel de eo quod fuerit oppositum , & per Ordinandum pro veræ , & pacificæ possessionis probatione in actis nostræ Curiæ publica documenta exhibeantur .

IV. De ætate legitima .

V. De ordinis suscepti exercitio , & servitio Ecclesiæ , cui fuit mancipatus jam præstito , & clericalis habitus gestatione .

VI. De frequentia erga sanctissimam Communionem , & Doctrinam Christianam .

VII. De natalibus , vita , & moribus .

VIII. De frequentia ad disceptationes de casibus conscientiæ .

IX. De Exercitiis Spiritualibus .

X. Quod constet non esse inquisitum .

PRO DIACONATU , INDEQUE PRO PRESBYTERATU .

I. DE ordine Subdiaconatus , vel Diaconatus suscepto .

II. Quod non sit in Ecclesiasticis Curiis de aliquo crimine inquisitus .

III. De denunciationibus , ut supra factis .

IV. De ætate legitima .

V. De exercitio Ordinis Sacri , & servitio præstito Ecclesiæ , cui fuit adscriptus , ac demum de reliquis , quam pro ad Subdiaconatum promovendis supra præscriptissimus .

VI. Nullus , si absuerit , dimissoriales literas à nobis exposcere audiat , nisi priùs testimoniales Ordinarii loci , ubi moratur , de vita , honestate , ac canonica habilitate ad nos transmiserit .

Nemo ab alieno Episcopo promoteatur absque literis nostris dimissoriis , alias suspensionem incurret , vigore Constitutionis Pii II . felic . rec . incipien . Ex sacrorum confirmari solitæ in regulis Cancelleriæ , & excommunicari potest , juxta formam Pontificalis Romani ; & si prima fuerit tonsura initiatus , noverit nullo frui privilegio juxta sanctionem Concilii Tridentini , nisi a nobis habilitatus fuerit , & tunc perinde habeatur , ac si a principio ordinis suscepturus , dummodo in ordinibus sic susceptis non ministraverit , hoc in casu Pontificia dispensatione opus erit .

VIII. In nostra habentes Diœcesi domicilium , & in alia beneficium ecclesiasticum obtinentes , si ad illius titulum ab Episcopo , in cuius districtu est beneficium , promoveri expostulaverint , literas à nobis testimoniales ad formam Constitutionis Innocentii XII . incipien . Speculatores , obtinere omnino procurent . Itemque examini coram nobis , vel personis a nobis deputandis sese subjiciant , & de natura beneficij , quod collativum esse volumus , nec non ex fundatione , ejusque sufficientibus redditibus nos bene instructos reddant .

IX. Regulares , qui in nostra , vel aliena Diœcesi sunt locales , & a nobis promoveri velint , literas dimissorias de recenti expeditas pate-

sess.23.de resor.
cap.3.

patefaciant , in quibus mentio fiat de conventu , in cuius familia commorantur , itemque nomen in baptismo eis impositum declaretur .

X. Absque nostra speciali concessione nemo exorcizare præsumat . Item nullus primam audeat celebrare missam , nisi de ritu celebrandi per magistrum cæremoniarum satis edoctus a nobis , vel a nostro Vicario Generali facultatem in scriptis obtinuerit sub pena suspensionis , quam ad nostrum arbitrium statuimus duraturam , quoad reliqua Constitutionem Prædecessoris nostri Illustrissimi Domini Matthæi de Januario renovamus , & confirmamus .

Clericorum in tabella Sacristæ nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ adscriptorum præficiatur unus pro quolibet die cuiuslibet hebdomadæ ; cuius est in schedula nomina , & cognomina describere ipsorum , ac ministerii cum explectione , aut integra , aut diminuta , aut aliter , eamque singulis diebus in nostra Curia præsentare sub poenis pro ipsis præfectis , quæ in editis nostris generalibus prædefiniuntur pro ipsis met clericis statutis diebus minime inservientibus , vel male . Idemque fieri mandamus per prædictos Præfatos pro qualibet vice generalis eorumdem Communionis , vel processionis sub iisdem poenis .

C A P U T VIII.

De Matrimonii Sacramento .

*ad ephef. cap. 5.
v. 32.*

psal. 31.

Ad. Eccl. Mediol. de Sacr. Matrim.

Ad. Eccl. Mediol. de Sacr. Matrim.

Ad. Eccl. Mediol. eod. tit.

Mundt primordia humani conjugii fœdus tanquam naturæ officium institutum aspicerunt sequentia vero tempora uti legis obsequium , & concupiscentiæ remedium acceperunt , demum Sacramenti dignitate à Christo Domino decoratum conservarunt ; proinde non immerito ab Apostolo , magnum in Christo , & Ecclesia Sacramentum nuncupatur . Arctissimè siquidem declaratur necessitudinis vinculum , quæ Christum inter & Ecclesiam intercedit .

Parochi igitur enixè satagant , ut ad illud accedant fideles , non utique solius libidinis explendæ animo , sicut equus , & mulus , in quibus non est intellectus ; neque divitiarum cupiditate illecti , sed tum prolis suscipienda gratia , & Christianæ vitæ præceptis instituenda ; tum etiam fornicationis vitanda . Infuper , ne Sacramenti gratiæ obex ponatur , contracturos adhortentur , ut ad illud celebrandum post suorum habitam peccatorum confessionem accedant ,

Caveant à carnali copula ante contractum , alioquin à Confessariis non absolvantur .

Sponsos , antequam matrimonium per verba de præsenti ineant , nulla ex causa , quovisve honesto titulo se se invisere , vel aliqui omnino vetamus juxta nostrum editum in appendice appositum , atque poenis in eo prædefinitis .

Spon-

Sponsalia publicè & rite contracta ex propria voluntate, & in modo consensu dissolvere minimè posse sponsi sciant; & postasse cum dissolvi sponsis placuerit, de praetensa sponsaliorum solutione nos nostramque Curiam certiores faciant. quibus ita dissolutis novent sponsi exinde oriri impedimentorum publicas honestatis, juxta dispositionem conciliarem.

Adventus tempore ad Epiphasam usque Domini nostri Iesu Christi, & a feria quarta Cinerum usque ad octavam Paschatis Resurrectionis ejusdem inclusive planticas solemnium nuptiarum prohibiciones diligenter ab omnibus observari mandamus, ne aliter facientibus celestis ultio immineat, ac diripiant alieni labores eorum, nutantes transferantur filii, & mendicent, & in generatione una deleatur nomen eorum. Verum si fieri contigerit, non nisi de nostra speciali licentia, suspensa penitus nupciali benedictione, quam deinde a Paschao, ad quem de jure spectat, infra octo dies esse accepturos mandamus.

Rudimenta fidei credentes ad tempus arcebantur à matrimonio contrahendo.

Quoniam vero nostri est turibus manciatum permultos, qui matrimonia post meridiem contrahere solent, hujusmodi recipere postea benedictionem negligere, vel adeo differre, ut ecclesiastorum Ritum contemptores manifeste videantur; statutus, ut matrimonia de mane, & orto iam sole celebrentur, non autem a prandio, absque speciealitatem, & ut sponsis post contractum matrimonium infra dies octo, ut supra, talem benedictionem recipere non obnittant.

Trid. fest. 24.

cap. 3.

psal. 108. 9. 10.

12.

act. Eccl. Me-
diol. loc. cit.act. Eccl. Me-
diol. eod. tit.

P A R T I C U L A R E.

Q U O D A M P R O U N I T A C U I .

De Seminario Clericorum.

Magnum sollicitudinis nostrae manus a nobis solummodo admpleri minima potest pro populo salutem, ecclesiarumque salutari regimine, nisi adjutorum auxiliari virtute pollentium credat, qui vix aditum constare possint, quam si iudicem a tenoris annis seorsum ab aliis sub disciplina Magistrorum bonorum artium studio efflorescentium in Seminario edacentur, ut deinceps postea laboriosum ecclesiasticum ministerium digne suscipere, & exercere possint.

Ut tam ergo plim, sanctumque Institutum conservetur omnino, atquod in dies magis magisque angeatur, volumus sacris ordinibus initiando per Seminare in Seminario respectivo permanere, nisi aliquem nobis, justis noncurrentibus causis videtur.

Nullus Seminarista ab humanarum literarum studio ad illud Philo-

Inter omnia transitum faciat; nisi prius ad Examini oribus deputatis a nobis examinetur, & idoneus reperiatur.

Retineatur violaceus color in vestibus Clericorum Seminarii tam Con-
victorum, quam Alumnorum, utpote filiorum Episcoporum, qui usum pervetustum violacei coloris uestes illis Redemptoris no-
stri similes deferendi observant.

Crispi. de Vi-
sit. Pafia de Se- Conficiatur liber, vulgo platea, in quo status redditum, contribu-
tionum, seu taxæ pro Seminario diligentissime prescribatur.

Habitu nec sordido, nec abjecto utan tur.
Alumni Civitatis, Diœcesisque debeant esse, & præsertim illo-
rum locorum, ex quibus contributiones Seminario fiunt.

Duodecim annos saltem habeant, legitimoque matrimonio nati sint,
ac proinde illegitimi excludantur, ne Seminarium illos admittere
videatur, quos ab ordinum susceptione arcet Ecclesia; & lege-
re, & scribere competenter sciant, eleganturque semper paupe-
res, ac proinde solitam præstent cautionem de solvendis expensis
victus, si propria culpa ad ordines non ascenderint sacros.

Feriarum tempore difficulter proprias intusendi domos licentia con-
cedetur, ne illam morum compositionem, qua multo tempore
imbuti fuerunt, paucis diebus amittant.

Per publicas incedentes vias, gravitatem, & modestiam præsefer-
rant; ne cursitent, brachia ne jacent, oculis ne vagentur, al-
tiore ne colloquuntur voce, nec brachiis denique uestes involvant.

Statuta in appendice apposita diligenter observent.

C A P U T II.

De Regularibus.

CUM non parum splendoris, utilitatisque Catholico Gregi acce-
serit ex sanctissimis religiosorum ordinum institutis; ideo qui-
cunque regularis vita: professores, acceptæ vocationis memores
ante omnia, vitam ad præscriptum regulæ instituant, moresque
costipuant, neque otiosos Operarios. In agro dominico exceleratio
nobis se præstent, sed tranquam fideles Agricolas operam suam
impartiri nobis non negligant.

Regulares, non nisi ad Episcopo loci ad ordines promoveantur, ser-
vata forma decreti Clementis VIII, quod ad verbum in appendi-
ce subiungemus.

Hortemur Regulares Confessarios tunc in hac nostra Civitate, tunc
in Diœcesi existentes, dummodo in eorum conventibus, menses
lectio[n]es non habentur, ut simul in unaquaque hebdomada Cleri
Congregationi assistent debentesque sacrorum Litium, & casuum
conscientia dispensatione. Hanc equidem eorum assistentiam spe-
ctabimus, quoties fidem audiondarum confessionum licenter per
ad eis concedenda.

Re-

518

Renovamus decretum in secunda Synodo Reginarum Illustrissimi Domini D. Matthaei de Januario Praedecessoris nostri tit. 13. §. 9. de Regularibus adnotatum, quod nempe Regulares omnes bini, aut par est, & non singuli e suis conventibus excentur, & per Urthem, & alia loca Dioecesis, ubi in conventibus degunt, incedant. Observetur decretum Sac. Conc. Trid. Cap. 16. n. 16. quoque renuntiatio. 16. sess. 15. de Regularibus.

Intra Monasteriorum septa sub poena suspensionis a divinis officiorum privationis, & vocis activae, & passivae, cujuscunque generationis feminas ingredi non patiantur.

Novi concionatores ex Regularibus fidei professionem emittere debent in manibus nostris, vel nostri Vicarii Generalis.

C A P U T . III.

De Theologali Præbenda, & Pœnitentia.

Ut fidelium mentes divino pabulo in dies magis reficiantur, ac proinde ne Sacra Scriptura lectione juxta prescriptum Sac. Conc. Trid. prætermittatur, Theologalis Præbenda ad sacrarum literarum expositionem, & interpretationem in Cathedralibus instituta sunt. Ideo quæ a Theologo Præbendario sunt servanda statuimus.

Canonicus interpretans divinas in Ecclesia scripturas, clara, & pro singulorum captu dicendi ratione utatur.

Methodum hanc adhibeat, literali nempe in una quaque lectione textus enarratione premissa duas ad minus ex eisdem Sacra Scripturæ locis proponat, solvatque quæstiones, historiam unam moralem alteram; quæ humanae nedium eruditioni, sed spirituali etiam valeat prodeesse interestentiua saluti.

Materia explicanda a nobis ipsi Theologo Canonicu præscribetur. Canonicus Theologus in tribus mensibus tantum, Julio, nempe, 1692.

Augusto, & Septembri gaudeat vacatōne, sub poena amissionis fructuum neglectis lectionibus aliis mensibus habendis respondetum, qui piis usibus, vel fabricæ nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ cedant.

Hujusmodi Canonicus Præbendarius Doctor debeat esse in Sacra Theologia.

Canonicus Pœnitentiarius in sede confessionali ab Archiepiscopo destinata assiat, præsertim diebus festis solemnioribus, etiam non vocatus; alioquin præcepto penali cogatur, & contumacia illius perdurante, præbenda quoque privabitur.

Quoad reliqua prima Synodus Reginarum ab Illustrissimo Domino D. Matthæo de Januario Praedecessore nostro celebrata servetur, par. 3. cap. 3. pag. 9.

Qualibet feria quarta ejuslibet hebdomadæ, lectiones theologizan-

Sac. Congregat.

Conc. in Urbita-

nen. 10. Martii.

1663. & in Ri-

pana 12. Janua.

1692.

Nicolius Lucu-

br. canonic. lib.

§. tit. 38. de

Pœnit., & re-

miss. n. 14.

Sac. Congregat.

Conc. in Veru-

lana.

moralis, **sacrorumque Rituum conferentiae in nostra Metropolitana Ecclesia habeantur.**

Mōnēmusque omnes , singulosque Ecclesiasticos , ut assiduū intereat
sub penis in Edicto nostro in appendice appositō .

C A P U T . IV.

De Montalibus ,

Virgines Sacrae , spretis jam faculti periculis , & nuptiis Agali
coelestis fodere arctissimè consecratæ infontis columbae nomine
ne ab earum sponso in foraminibus petræ in caverna macerata
dulcius advocantur ; ideo , ut conclusum illum hortum inviolabili-
ter custodiant , in quo coelestis discipulus thelatius absconditur ,
has vivendi formulas ab omnibus servari omnino jubemus .
Depositum dotis debeat esse effectuum , verum , & reale , non
autem fictitium , sive confessionatum .
Conversæ non admittantur in clausura , ut ibi per aliquodd tempus
in habitu seculari experjantur , nisi obtenta prius licentia à Sacra
Congregatione .

Cantic. cap. 2.
v. 14.

*Math. cap. I 3.
v.44-*

*ex dec. S. Con-
greg. Episcop.
& Regul. emia-
naio sub die 23.
Maii 1659.
act. Eccl. Me-
diol. de Novi-
tiis ad profes.
recip.*

Non admittantur pueri ad habitum religionis, nisi completam habeant etatem quindecim annorum, ad hoc, ut anno probationis expleto, post susceptum habitum, annum habeant decimum sextum, ut profiteri valent, quia professio facta ante est nulla.

In monachorum Monasterio recessetur liber, in quo registrantur professiones Monialium cum expressione dici, mensis, & anni, & subscriptionis Monialis professie, & duarum Monialium tanquam testium juxta sequentem formam.

A di &c. anno &c. giorno &c. S^ror N. N. al secolo chiamata N. N. fece secondo la forma prescritta dalla nostra regola la sua solenne professione spontaneamente in mano di Suor N. N. Abbadesa di questo Monastero alla presenza di Suor N. N. e di Suor N. N. fece la funzione alla finestrella della communione.

Così è Io Suor N. N. maru propria.

Io Suor N. N. fui presente come sopra .

Io Suor N. N. fui presente come sopra.

To Suor N. N. Segretaria ,

Livelli, ut licite possint a Monialibus retinerti, & expendi, quinque debent concurrere conditiones, seu circumstantiae. Prima nemp̄, quod a voluntate Superioris dependenter habeantur. Secunda, ut sint parata peculium consignare ad ejusdem Superioris nutum. Tertia, ut peculia convertantur in licitos, & pios usus, decentesque eorum statut. Quarto, quod peculium non sit superfluum. Quinta, quod sit penitus depositarium.

Abusum (velationis occasione) invictus, Missus solemnis, & Mūsicæ,

53

sicæ , ac missiōnis mōberum ad extraneos omnino vetamus ;
Volumus autem , & stricte mandamus in singulis Monasteriis ob-
servari statuta a nobis in sancta Visitatione peracta , quæ sunt ,
prout sequuntur , vulgari idiobate exarata in appendice .

C A P U T I V.

De Blasphemiis , & Supersticioibas .

IN teturum impiorum carcerem Lucifer ille detrusus est , seternos
statutus blasphemie , & superbie sua cruciatus . Creatoris deinde
majestas , ac gloria illum habens sollicitum , homines indeſi-
nenter suorum criminum socios sibi adjungere meditatur , ut
ejusdem quoque mulieræ faceret esse particeps . Hinc docuit ne-
farios sacrilegis dictis numen violare , & per superstitiones fallar-
ces Dei providentiam futurorum investigatione æmulaſt ; idcir-
co fascilegium hoc penitus horrendum ex hominum mentibus
æwelendum Parochi omnes majorē qua possint diligētia curen-
tē super illos Dāndalis impregatio incidat : *Ligata , quæ locuta* 3.v.29.
suerit blasphemiam contrā disperat , & homini ejus valetur & ac
proinde ne cæcūtientibus illud propheticum inculcatur . Ecce
Homo , qui non posuit Deum adjutorem suum , sed prævaluit in va-
nitate sua .

Ut hæreticalis rejicimus illa verba : *Rinego Iddio , la Croce , la*
Fede , il Sacro Crisma , la Purità della Beata Vergine , Dio ingiu-
sto , Dio traditore , Dio partigiano .

Detectabilem blasphemandi usum , quo sanctitas , magnitudo , po-
tentia , aut aliud attributum Deo conveniens Diabolo tribuitur
omni penitus horrore improphanas , Parochis mandantes , & Con-
fessariis , ut sedulò pro extirpatione invigilant .

Uti temeraria , scandalosa , & pīatum aurium offensiva improba-
mus illa verba : *Hoc est verum , sicuti est Evangelium .*

Execrabilem illam corruptelam prava aliqua verba pronunciandi
ferre nequam possumus , nempe , mannaia i morti tuo , man-
naggia i vivi tuo , mannaia t anima tua , la fede tua , l anima
del tuo Padre , e Madre , mannaia cbi ti batterad , chi ti cresmo ,
ebi ti fece , chi ii ordind , chi ii creb , chi ii fece Sacerdote , man-
naggia que ! Santo , che ti mantiene , ad proinde , ut prorsis impia ,
& scandalosa omnino rejicimus : Mandamus agem , ut qui hæ-
reticalliter blasphemantes audierint , vel certò sciverint , nobis
denuncient , & præsertim Parochi in Dioceſi curenſt , ut ad nos
hujusmodi denunciatio deferatur , vel ad nostrum Vicarium Ge-
neralem .

Parochorum similiter munus est , omnes personas noſtas Dioceſis
utriusque ſexu admonere , ne verba ſacra ; neat res quascunque
nulla naturali virtute ad ſanandum praeditas in uſum adhibeant
medicinae .

Conc. Lateran.
3. ſeff. 9.

Jul. III. confit.

23. in multis .

Leo X. confit.

7. Supernæ.

S. Pius V. confit.

5. cum primum.

Can. illud §. ad
hoc genus 26.
qu.2.

§4.
Conc. Carthag. Execratur pariter, & damnamus omnes, & singulos veneficos,
4. cap. 9. & veneficas, divinatores, seu quovis alio nomine nuncupentur.

C A P U T VI

V De Usuris &c.

Exod. 22. v. 25. **E**T quoniam insana lucrandi cupiditas eō iniquitatis. In hac nostra
Deuteronom. 23. Dioecesi cum maximo animi nostri mōrere erupit, ut pestifera
v. 19. & 20. usurariū lues in sacris utriusque pagina literis damnata pōe
omnes quasi Dioecesis locos serpere videantur, cumque praelestima
à Clericis exerceatur, qui posthabito Dei timore viscera misericordiae claudunt, detestabile hujusmodi facinus in pupillorum, vi-
duarum, aliorumque egestate pressorum perniciem. Ideo hujusmodi facinori occurrere volentes, contractus sequentes usurarios declaramus.

Ex pecunia mutuata decem pro qualibet centenario accipere expres-
sē prohibemus; nam nullo pacto dicet ultra fortē aliquid
exigere, nisi ratione damni emergentis, aut ratione lueri cef-
santis.

In bonorum stabilium conditione cum pacto restituendī, qua
penes venditorem conductionis titulo romanent, pensio respondere
debeat bonorum fructibus, non pecuniae cambiis, alias contra-
etum ipsum tanquam illicitum damnamus.

Si quis conveniat de ~~sapientia~~ leguminum vel aliarum rerum, ut
anticipato solventi pecuniam pretio infimo dictorum leguminum, ad-
veniente tempore eodem, pretio infimo dicta legumina reddantur
hunc contractum (dummodo pretium predictum a duobus peri-
tis determinetur) licitum declaramus.

Contractus vulgo nuncupatos a godere, si praefixerit rei valoris as-
sumatio, & pretium sit juxta prudentis viri iudicium, valoris
tertia pars, permittimus; secus, tanquam illicitos omnino re-
probamus. Anticipata solutione, si vinum, frumentum, oleum,
& ejusdem generis alia emantur, dilationis gratia non possint
carius vendi, neque vilius emi, sed illo pretio tantum vindicarum,
& messis tempore taxato.

Synod. Spole. Qui frumentum dat corruptum, vel quid aliud, ut sibi bonum tra-
Episc. Ursini in datur; vel qui dat frumentum ad justam mensuram, ut sibi red-
tit. de usur. datur ad mensuram superaffluentem, usuram committit.

Carnem suillam plus justo vendentes pretio pecunias retardatae ratio-
ne, usurarios esse declaramus; quod pretium suo tempore taxan-
dum est.

Cum colono bos valoris ducatorum viginti tradatur, hac obligatio-
ne, ut solvat colonus qualibet anno tritict tertiam partem modii, vul-
go quattrone pro qualibet ducato, medietatemque bovis, cum pe-
reat, amittat, contractus hic illicitus condensus sit.

Qui

Qui asinum villico tradit hoc pacto, ut lignorum sardinam, vix
una somi quolibet hebdomada recipiat, medietatemque pretii
cum pereat asinus, a villico exigat, illicitus hic contractus pariter declaratur.

Ad nudinas, vel emporium cuntes, boves, vel sues emptiores, du-
catusque V. G. centum a Sempronio accipientes, hoc pacto, ut
ultra centum suem etiam magistrani tradant, contractus pariter

ex sui natura usurarius definitur.

Ecclesiasticis potissimum præcipimus, ut ab hujusmodi se abstineant
contumibus, illud Propheta in mente frequenter habitans: *pros-*
mes Dominus, nihil extra Dominum habere potest Ecclesiasticus,
quod si quidpiam aliud habuerit praeter Dominum, pars ejus non
erit Dominus.

D. Hieronym.
ad Nepot.

C A P U T . VII.

De Monte Pietatis.

Exempla Prædecessorum nostrorum sequentes præcipimus, ut
Montis hujus subsidia pro personis egestate pressis instituta, &
toties Pastoralis nostri officii sollicitudini commendata, omni qua-
par est, fidelitate dispensentur, nec ulla prorsus illorum diminu-
tio fiat.

Omnia mobilia, præter aurum, & argentum, quæ in Monte Pie-
tatis loco pignorum deponuntur, intrâ triennium redimi, & de
pignorari debeant, alias vendantur.

Alia summa pro pignoribus non detur, quam ducatis decem inferior,

ut in nostro Edicto in appendice apposito. Sacri Montis Pietatis Rectores, & Custos non possint pignora, quæ venduntur, emere, nec aliena de ferre pignora, ut familiari-
bus, illisque de domo auxilium præstetur, & præcipue, ut num-
mos mutuo datos a debitoribus exigant.

Administratores legati pii quondam Joannis Vincentii Foti pro ma-
ritandis Virginibus, cuius legati pii administrationis curam gerimus,
quemadmodum Prædecessores nostri gesserunt, quolibet anno te-
neantur deponere omne productum ex ipsa hereditate in arca,
quæ in Sacro Monte Pietatis conservatur sub poenis nostro abi-
trito.

C A P U T . VIII.

De Testamentis, & Legatis Piis.

Præcipuae nostri pastoralis officii sollicitudines sunt pias defun-
ctorum dispositiones executioni mandari, ne débito effectu, i-
delium voluntates aliena malitia defraudentur, quapropter ne ini-
mum earumdem exécutione procrastinetur, mandamus omnibus Cu-
ratis,

56

ratis, Archipresbyteris, & quibuscumque aliis Ecclesiasticis, qui testamenta, ultimas voluntates, & pias fidelium dispositiones rogati conscripserint, ut de hujusmodi dispositionibus infra quindecim dies, si morantur in hac Civitate, infra mensem vero, si in Dioecesi, nostram Curiam certiorem reddant. Tabellionibus vero ut infra duos menses ad tribunal nostrum, si in Civitate; si vero in Dioecesi moram faciant, ad Vicarium foraneum vel loci Parochum deferant, ut conscientiam reddere nostram Curiam valeant.

In legatis piis, & quae ab agrotantibus ad Parochorum aures fieri quandoque solent, ut fraudes, litesque evitentur, testes etiam tres adhibeantur, coram quibus testator declaret, se quedam adpias causas eroganda velle, prout suo Parocco, seu Confessario injunxit, ut ex tali declaratione pia testatoris dispositio suum semper fortiatur effectum.

Parochi omnes, Confessarii, & quicumque Sacerdotes, qui extra testamentum suscipiunt ab infirmis, seu moribundis onus celebrandi pro eis missas, teneantur infra octo dies in hac Civitate nostræ Curiæ revelare, in Dioecesi vero Vicario Foraneo statim post disponentis funus.

C A P U T IX.

De Juramento.

PEr multa sanguinem mala ex-juramentis interpositis emanari solent, juxta illud Eccles. 23. *Vt multum Jurans inplebitur iniuriate, & presentim cum falso jurejurandum salutis æternæ dispendio interponitur: quapropter rei criminaliter inquisiti cum juramentum difficulter adimplire videantur, dum, ut principales constituuntur, delicta, ut plurimum à se patrata negantes.* Illud propterea omnino tollendum a nostris Curiis, ac submovendum duximus.

Modos illos jurandi scilicet: a se de mia atque id genus alios omnino vetamus. Illos alios jurandi modos, nempe: per l'anima mia, per la Madonina del Carmine, per gli ordini sagri, per queste mani sagre, per la sagra mia & similes (si defuerint veritas, iustitia, & judicium.) peccamitosos esse declaramus. Illos vero modos perda l'anima mia; li figli miei; se non è vero quanto dico, che Iddio mi castighi; mi mandi all' inferno, atque id genus alios, tanquam execrables, atque a christiana pietate abhorrentes, & contra morem esse declarantis, atque omnino vetamus.

Item, ut malis hujusmodi occurramus, enuntiationem illam, puro, come è pura la Beata Vergine tanquam penitus corruptam reprehendamus.

CA-

C A P U T X. E T U L T I M U M .

57

De Tribunali Archiepiscopalis Curia.

QUAMQUAM IN omni Curia magnoperè commendetur justitia , in Ecclesiastico tamen foro non modo commendanda , verum etiam servanda quam maxime est. Ideò Curiæ nostræ judices , & Ministri manus ad munera non protendant , sciantque nec iustum judicium illis vendere licere , cum nihil magis trutinam æquitatis inflebat . Maximam ergò adhibeant diligentiam Ministri in scripturis ad futuram conservationem .

Fiat liber , in quo registrentur Bullæ omnes quorumcumque Canonicatum , Beneficiorum tam curatorum , quam simplicium .

Fiat liber alter , in quo registrentur Edicta omnia .

Fiat pariter liber , in quo registrentur denunciations , quas facere tenentur Parochi , Confessarii , seu Sacerdotes quicumque , qui bus ab infirmis , seu moribundis relictum est onus celebrandi pro eis Missas .

Assignatur propina pro causis civilibus solvenda in appendice .

Denique nostras Constitutiones omnes , quæ in præsenti Synodo ad Dei Omnipotentis gloriam statutæ , & definitæ sunt , omni qua par est reverentia , ac submissione , Sanctæ Catholicæ Romanae Ecclesiae , quæ columna , & firmamentum est veritatis , mutandas , corrigendas , & emendandas submittimus .

D. ARCHIEPISCOPUS RHEGINENSIS:

Doct. Franciscus Antonius Fava Synodi Secretarius



H

AP:

APPENDIX³³
AD PRIMAM
SYNODUM DIOCESANAM
Ab Illusterrimo, & Reverendissimo Domino
D. DAMIANO
P O L O U
ARCHIEPISCOPO RHEGINENSI
CELEBRATAM
ANNO DOMINI MDCCXXIX.



NEAPOLI, MDCCXXX.
Typis Nicolai Migliaccio.
Superiorum permisso.

MICHIGAN
M A M I L L A N
LAWRENCE HALL
OF THE STATE OF
OHIO AND
UNION
REPRESENTATIVE OF THE UNITED STATES
H. R. 21000
REPRODUCED FROM



XXVII
THE
MICHIGAN
LAW
REPRODUCED
FROM THE
ORIGINAL

DECRETUM CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Circa ordinios a Regularibus suspiciendos.

DE mandato Sanctissimi Domini nostri Clementis; divina prævidentia Papæ VII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcunque Regularium Superioribus, ut de cœtero observent, & observari faciant ea, quæ in decreto Sacrae Congregationis Concilii Tridentini continentur, cuius tenor est talis: Congregatio, Concilii cœnstit, Superiores Regulares posse suō studiō, itidem Regulari qui prædictis qualitatibus requisitis ordinis suscipere voluerit, literas dimissorias concedere; ad Episcopum tamen Diocesanum, neque illius Monasterii, in cuius familia ab iis, ad quos pertinet, Regularis positus fuerit: & si Diocesanus absuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui ordinis contulerit, examinetur quodam doctrinam, & cum ipso Regulares non diuerserint de industria confessionem dimissorijs in id tempus, quo Episcopus Diocesanus vel absentus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cum a Superioribus Regularibus, Episcopo Diocesano absente, vel ordinationes non habente, literæ dimissoriae dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiaz Diocesani Episcopi, vel ordinationum, ab eo non habendarum exprimendam esse. Quod qui non fecerint officii & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ & passivæ privationem, ac alias, arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ reservatas, poenas incurrent. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 15. mensis Martij 1596.

*Ad tit. de Re-
gut. cap. 2.3.p.*

DE

DECRETUM

F. E. L. R. E. C.

CLEMENTIS PAPÆ XI.

*Circa celebrationem in Oratoriis privatis
emanatum 15. Decembris 1703.*

*Ad sii. de Sac.
crif. Miss. &
Missar. celeb.
cap. 6. 2. 4.*

Nonnulli Episcopi, & complures Regulares sub praetextu privilegiorum ea sibi licere putant, quæ prohibita sunt; siquidem Episcopi etiam in aliena Dioecesi, extra dominum propriæ habitationis, in privatis laicorum domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut plures e suis cappellanis vivificam Christi Hostiam immolari; Regulares vero in quibusdam Magnaturn, seu attarum nobilium personarum privatis Oratoriis, quæ certis quandoque ex causis a Sede Apostolica concedi solent, celebrare audent vel plures missas, quam in iis sit indultum, vel absque præsentia personarum, quarum contemplatione gratiosa concessio emanavit, vel extra debitā horas, & post meridiem, vel illis etiam tempore, quod per Constitutiones Diocesanas, aut etiam decreta Sacrae Congregationis Concilii celebrari prohibentur, aut quæ in ipsis Indultis Apostolicis excipiuntur, quominus in illis celebrari possint, aut etiam Altari portatili uti non verentur, in Sanctarum functionum contemptum, ac Sancti Sacrificii irreverentiam. Quamobrem ad abusus hujusmodi eliminandos, & ad instaurandam venerationem tremendo mysterio debitam, Sanctissimus Dominus noster, ex unanimi voto S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum inhaerendo declarationibus, silias hac de re editis expresse declarat, Episcopis, & his maioribus Praelatis, etiam Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque sub praetextu privilegii clausi in corpore juris, neque alio quoque titulo, nullo modo licere extra dominum propriæ habitationis in domibus laicis, etiam in propria Dioecesi, quod fortius intelligitur in aliena, etiamsi Diocesani consensu adhiberetur, erigere Altare, ibique sacrosanctum Missæ sacrificium celebrare, sive celebrari facere. Ac pari modo in Oratoriis privatis, quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint, non licere Regularibus cuiuscumvis Ordinis, aut Instituti, seu Congregationis, etiam Societatis Jesu, aut etiam cujuscumque Ordinis Militaris etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscumque Sacerdotibus, etiam si esent.

sent Episcopi , in iis celebrare in diebus Paschatis , Pentecostes , Nativitatis Christi Domini , aliisque anni festis solemnioribus , ac diebus in Indulto exceptis : in reliquis vero diebus , predictis Regularibus , & Sacerdotibus quibuscumque etiam Episcopis , in praefatis Oratoriis celebrare non licere , ubi etiam unica Missa , quæ in indulto conceditur , fuerit celebrata ; super quo celebratus teneatur diligenter inquirere , & de eo se optimè informare ; atque illa etiam in casibus præmissis celebrari nequeat post meridiem : demandando ulterius , & declarando in omnibus hujusmodi casibus , personas quascumque dictas Missas audientes nullatenus præcepto Ecclesiæ satisfacere . Quo vero ad Altare portatile , iterum inhærendo declarationibus supradictis , censuit licentias , seu privilegia concessa nonnullis Regularibus in cap. in his de privil. per aliquos Summos Pontifices aliis regularibus communicata , utendi dicto Altari portatili , in eoque celebrandi , absque Ordinariorum licentia in locis , in quibus degunt , omnino revocata esse per idem Concilium Tridentinum atque idcirco eosdem Regulares prohibendos , ne illis utantur , ac mandandum & prout præsentis tenore mandat Episcopis , aliisque Ordinariis locorum , ut contra quoscumque contravenientes , quamvis Regulares procedant , etiam tanquam Sedis Apostolice delicti adiungentes prescriptas per idem Sacrum Concilium in dicto decreto fels. 22. cap. unico , usq; ad sententiam invenientiam tributa etiam iisdem facultate per hoc decretum , ita procedendi , ac si per Sanctam Sedem specialiter concessa fuisset : & ita Sanctitas Sua declarat , & servari mandat .

INNOCENTII XI.

*Ad tit. de Con-
cionatorib. cap.
4.p.1.*

*Admonitio ad Verbi Dei Concionatores per
literas Sac. Cong. Concilii .*

Eminentissimo , & Reverendissimo Domino , Feris.
observandiss. Dom. Cardinali Caracciolo
Archiepiscopo Neapolitano .

*Eminentissime , & Reverendissime Domine
observandissime .* Intus.

A pluribus Christiani Orbis Provinciis graves frequentesque Romanum , atque ad ipsam Sanctam Sedem adventantes seu delationes , seu querelæ adversus præsentem prædicationis usum , tanquam a primavo Apostolorum instituto prorsus aberrantem . Ac quidem cum

